καλεσθὲν ἰσθμῶν κῆρα γῶσα, id est: Periculofum canem intestina gustasse. Prouerbiali allegoria dictum est a Theocrito in Idyllo decimo. Admonet ad agūm haud facile temperare a peccando, qui semel illecebram illam, uel autor amenturū uitorum degustarit. Quomamodū qui semel scorum attingit, qui semel peritior rem auerit, qui semel adicam uitam sit expertus. Effertur et ad hūc modum apud Lucianum, οὐδὲ κῆρα πῶς οὐκ ἐπὶ κῆρα σκυτῶν ἐξαρῶ μῶσθαι, id est: Neq; canis desitius est, qui semel corium edere didicerit. Theocriti Scholiastes indicat hoc prouerbiū et hūc in modū effert, καλεσθὲν ἰσθμῶν κῆρα σκυτῶν γῶσα, id est: Periculofas est canis quę didicit arrodere coria. Horatius in sermionibus, simili figura dixit: Que si semel uno De sene gustarit, tecum partem lucellum, Vt canis a corio nunquam absterribitur uncto.

Dubia cœna. XXIII

Dubiam cenam opinarant, uarijsq; instructam serculis appellabant, idq; prouerbiū a Parajitis reperitū apparet. Phormio apud Terentium: Cœna dubia apponitur. Quid isthuc uerbi est? Vbi tu dubites quid sumas potissimū. Exponit parajitis uerbum suum alioq; conceps. Nam dubium etiam periculofum significat: et dubia cœna posse intelligi, quę non careat suspitione uenenī. Horatius in sermionibus: Vides ut pallidus omnis, Cœna deserta dubia.

Canis circum intestina. XXIIII

κῆρα παρὰ ἐντέροις, id est: Canis iuxta intestina. Dicebatur, ubi quis res eas, quārum esset cupientissimus propolitas conspiceret, quibus tamen frui non liceret. Canes enim oberrant circum intestina, deuoraturī, nisi sustem timerent. Suidas arbitratu acceptum dari posse in res utiles, et insulas: intestina enim non facile degluti a canibus, ac deuorata renoum plerumq;.

Autræ compedes. XXV

Ἐγροῦν πῶδων, id est: Autræ cōpedes. Prouerbiali metaphora dicitur seruitus, splendida et anabilis, qualis est aulicorum uita. Diogenes in epistola quadam scripti reliquit Ariſtippum in aula regia auris teneri cōpedibus, ne possit auolare. Seneca in dialogo quodam affectus et rationis: Stultus est, inquit, compedes suas, quāuis auræ amare. Locutus de uxore formosa. Horatius item de amica formosa: Tenetq; grata Compede uinctum.

Herculana scabies. XXVI

Ἡρῶναιος ἰσθμῶν, id est: Herculana scabies De scabie uita cūda, facileq; sanabili, interprete Suida, aut quę desideret Herculana. id est, calida balnea. Narrat enim Herculi labori bus illis ingentibus fatigato, Palladē crebro balnea feruentia suppeditasse. Vt sim huius adagij nō indicat, neq; Zenodotus, neq; Suidas. E quidem opinor alicui posse uel in eos, qui multo fluatio, alioque labore ualeatundum offenderunt, ut quibus aliquo laxamento sit opus. Vcl in eos, qui blandis adulationibus deliniti, ueluti iucunda quadam scabie pruriant.

Herculanus morbus. xxvii

Ἡερκουλίδου νόσος. id est: Herculanus morbus. Hunc
 Dicaearchus apud Zenodotum eum existimat esse, quem alij
 sacrum, alij comitalem appellant. Est autem eorum nu-
 mero, quibus nulla medicorum ope succiari potest, propterea
 quod diuinitus unumtū creditur, eoque cognomen additum est
 sacro. Apuleius in prima defensione, diuinum appellationem pu-
 tat, quod diuinum, id est, rationalem animi partem uolent
 facit, quod diuinum, id est, in humorem crassum, et spumiatū, inimico
 feti, quod caro in humorem crassum, et spumiatū, inimico
 igni cōliquefcit. Signa esse, graue caput, ceruicē torpentem,
 tempora pulsata, auris precipue dextere tinnitum. Deprehen-
 dit potissimum inuenso lapide gagate, et rote sigularis cir-
 cumactū. In hunc autem Hercule incidisse, uel propter immen-
 sos labores, uel immittebat Iunone. Heracilius arrogantiam
 sacrum morbum uocauit, uel quod id mali, summus plerumque
 uiros consequi solet, uel quod sola mors remedium adferat.
 Herodotus in Thalia refert Cumblyen filij obnoxium mor-
 bo, quosdam sibi maxime familiares per infantiam occidisse.
 Hercule item liber o suos interuenit, quod uel tragici poetæ.
 Herculanus appellatus uidetur, uel ut ille inueniū, ita hic
 nulla medicorum ope superabilis. Quamquam Aristoteles in
 Problematis sectione trigesima, puat Hercule uere huc mor-
 bo obnoxium fuisse, atque omnes adeo, qui uel ingenio, uel stu-
 dio philosophiæ, uel in administranda repub, uel in alijs arti-
 bus excelluerūt, atre bili obnoxios fuisse. Equidem nō uideo
 quamobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi sacrū, aut
 Herculanum morbum appellemus, tumorem animi, aut aliud
 aliquod uitium insanabile, quod genus est in senibus auaritia,
 in mulieribus loquacitas. Nam in omnibus ferē Græcorum
 collectaneis uideo pro uerbis titulo recenseri.

Io pæan. xxviii

Id pæan. Acclamatio pro uerbis, qua cōsueuimus uti re-
 gnauerit et feliciter peracta, cui non dissimile uidetur illud
 Homericū Εὐχὰν οὐρανῶ, et apud Latinos: Maeste uirtute.
 Athenens ex Clearchi primo de pro uerbis libro citat, in
 πάλαιον ἢ παλαιόν, id est: te pæonie pæan. Nam utroque mo-
 do scriptum reperio. Natum hinc existimat, cum Latona ex
 Chalcide Euboeæ ciuitate Dianam et Apollinem in Delphos
 transportaret, euenit forte fortuna, ut iuxta specum, in quo
 Pytho latitare dicitur, est, periret. Vbi uero iam profiliens
 Pytho impetu ferretur in illos. Latona mulierum more terri-
 ta, filij auxilium inelamauit his uerbis, in πάλ, id est: Iacida-
 re fili. Ibi Apollo, qui tum forte gestabat arcū, missio telo, Py-
 thonē ieremit. Inde uox deserta est, ut diceretur ἰν πάλαιον.
 Idque cū ter iter arī cōsueuerit in sacrū Apollini factis, quidam
 arbitriarū primū ortum esse, carnē Hexametru. Heroicū et
 iambicū trimetru. Et sic, si pro uerbis primis pæantis syllabis
 ἰν πάλαιον, ἰν πάλαιον, ἰν πάλαιον.
 Hexametrum erit meris confans spondeis: Sin primis corre-
 ptis, iambicum erit trimetrum puris iambis absolutum. Cuius
 uerū meminit etiam Terentianus grammaticus. Item Iu-
 lius Pollux in quarto demonstrat in Pythiæ ludis quinque
 fuisse cantus species, τριση, representari Apollinem cer-
 uicinis dispartientem locum, κατὰ κελύφην προνοcantem
 Pythionem, ἰαμβικῶν pugnantem, ὠνοειδὴ uincētem, κα-
 τὰ χορὸν ὄνοουανtem. Hinc iudgo pro uerbis esse receptum
 est, ut re feliciter peracta, acclamemus, ἰν πάλαιον. La-
 tini uidentur, in ἰο mega conuulisse. Ouidius in opere
 de arte amandi:

Dicite iō pæan, et iō bis dicite pæan,

Decidit in casses præda petita meos.

Et in triumphis acclamabatur iō triumphæ.

Horatius in Odis:

Non semel dicemus iō triumphæ.

Nemo mortalium omnibus horis sapit.

xxix

Plinius lib. septimo, cap. de præstantia gentium: Si ne-
 rum facere iudicium uolumus, ac repudiamus omni fortune au-
 bitone decernere, mortalium, nemo est felix. Abinde igitur,
 atque indulgetur fortuna decidit cum eo, qui iure dicit nō in-
 felix potest. Quippe ut alia non sint, certe ne laceat fortu-
 na metus est. Quo semel recepto, solida felicitas non est.
 Quid quod nemo mortalium omnibus horis sapit: Vtinamque
 salsum hoc, et non a dia dictum, quamplurimum iudicent.
 Ex quibus Plinij uerbis coniecere licet, eam uocem neminem
 omnibus horis sapere, uelut oraculo præditam, in uulgi ser-
 monem abijisse. Sensus uel citra interpretem liquet: nempe,
 neminem esse, qui non aliqua parte uitæ desipiat, ac peccet.
 Porro d' stulticie comes est infelicitas. Aut certe si quod in-
 cidit infortunium, id stulticiae solet impuisti. Eodem perti-
 net, quod paulo post eodem in loco subicitur: Alius de alio
 iudicat dies, supremus de omnibus. Extat apud Aristophane-
 nem in ranis et huiusmodi senarius, quem illic indicat Eue-
 ripidis esse.

Οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνὴρ ἐν δ' αὐμοῖν.

id est:

Nemo uiuat ullus omnibus felix modis.

Item Euripides in Supplicibus:

Τὸν γὰρ εὖ ἐξοστὸς

id est:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀπὸ τῆς εὐδαιμονίας.

Siquidem uniuersis rebus in mortalium

Nihil continenter et undequaque prosperum est.

Ad eundem modum Horatius:

Nihil est ab omni

Parte Beatum.

Simonides apud Stobæum:

Πάμπαν δ' ἀμωμῶσιν οὐδὲν εὐδαιμονία.

id est:

Nemo uacat prosum malo, neque crimine.

Sui cuique mores fingunt fortunam. xxx

Cornelius Nepos in uita Pompeij Attici: Itaque hic fecit,
 ut uere dictum uidetur: Sui cuique mores fingunt fortunam.
 Et paulo post in eodem opere: Supra significauimus suis cui-
 que mores plerumque cōdicere fortunam. E medio uidetur sum-
 pta sententia. Nam plerumque uidemus mala malis euenire, di-
 gna dignis, idque iudgo dicitur: Malus malum reperit, et
 κακοῖς τῆς κακίας, id est, Malis, ter mala. Attestatur et
 uerbalis pro uerbis:
 Εὐδαιμόνιος γὰρ ἀνδρῶν τὴν εὐδαιμόνιαν καὶ ὁ δ' οὐδὲν δόξαι.

id est:

Viro bono fortuna succipienda bona.

Item Menander citante Plutarcho:

Ὁ γὰρ γὰρ ἡμῶν ὁ δόξαι.

id est,

Nobis enim animus est deus.

Et apud eundem Heracilius, ἡδὲ ἀνδρῶν πῶς δαίμωνος
 id est: Mores hominis deus, sive fortuna. Eodem pertinet,
 quod Alcman scripsit, fortunam esse sortem, εὐωμοῖνος
 πρὸς τὸν πρῶτον, id est: Recte institutionis, persua-
 sionis, et prudentiæ, ut refert Plutarchus in commentario
 de fortuna Romanorum. Opinor idem esse quod addicit M.
 Tullius paradoxo quanto ex poetâ nescio quo. Tamen si locus
 is habetur mendosus, arbitror emendandum ad hunc modum.
 Cui quidem etiam que uim habet maximam fortuna ipsa ce-
 dit, et sicut sapiens poeta dixit: Suis cuique moribus fingitur.
 Sentit enim fortunam fingi cuique suis moribus,

insana

Infanlaurus adfct.

xxxix

Plinius lib. 16. cap. 45. Inca quaedam diftinctione quar- to: In eodem, inquit, tractu portus Amycei est Bebruce rege interfecto clarus. Eius tumulus a fupremo die lauro tegitur, quam infana vocant: quoniam fi quid ex ea decerpium infera- tur nauibus iurgia fiant, donec abijciatur. Hæftenus Plinius. Mihi non uifum est abfurdum hoc adagij adnumerare: quan- do quidem res iſtæ adeo uulgata ſunt, ut hinc arbor cognomen inueniret. Itaq; quadrabit in hominem rixæ u. autorē, ſunt nonnulli, qui quocinq; ſe uerunt, iurgia ſuſcitant.

Apologus Alcinoi.

xxxix

Απόλλωνος Ἀλκινόου, id est: Apologus Alcinoi, de Ion- gis et antibus fabulam ætis. Refertur a Diogeniano, et in Te- llo Polluce libro ſexto. Sumpſum ex Homeri Odyſſea, ubi Ulyſſes in cõuio Alcinoi Phæacum regis, prodigioſas ac deridiculas fabulas, et portentuoſa mendacia commemorat de Loto phagis, Teſtro gonibus, Circe, Cyclopiſibus, atque id genus alijs plurimis miraculis, fretus uidelicet Phæacum in- ſectia, barbaricę. Plato de Repub. libro decimo, Αλλ' ου μάλιστοι σοι ημ' ε' εγω Ἀλκίνοος γὰρ ἀπόλλωνος ἐξ ὧν ἄλ- λὰ ἄλκιμος μὲν ἀνδρὸς ἦεν τῶν ἀεμύλιος δ' ἄρῳ παμφοῦλος, id est. Haud tibi ſum narraturus Alcinoi apo- logū, ſed excellentiſſimi uari Armenij genere Pamphyli. Si arat autem eo in loco fabulam, que cum Laſtry gonum Cyclopiamq; figmento facile certare poſſit. Scribit enim, cū hic inter multos cecidiſſet in prælio, decimoque poſt die ca- daver eſaſoram tollerentur, reliquis puritibus, huius uinita ca- daver iniegrū atq; incorruptum adhuc apparuiſſe, domūq; deportatum, ut iuſtis ceteremonijs ſepeliretur, die duo decimo, cum eſet imponendus rogo, ruiſiſſet, ac prodigioſa que dā narratiſſe, que diebus illis decem apud inferos tum iens, tum rediens conſpicuus eſſet.

Andabate.

xxxix

Citatur apud Nonium Marcellum, cū alijs locis aliquot, tum in uerbo Luſcioſo, Varro in Andabatis, quem equidem augetur tituluſiſſe quempiam Satyrę prouerbialē, cuiuſ- modi ſunt aliq; quoc; cõplores, ουδ' ἄλλοτε, γυνοτοδ' ε' δ' ἄσκαλλ'. Neſcis qui d' ſerus ueſter uehat. M. Tullius in- ſtar prouerbij uſuſi pauat in epiſtola quapiam ad Trebatium libro ſeptimo epiſtolarum familiarium: Quem antea, inquit, ne Andabatam quidem deſuſaudare poteramus. Et hinc annu- latus diuus Hieronymus aduerſus Heluidiū: Ad hoc, inquit, probandum congerit de ſcripturis exempla quam plurima, more Andabatam in tenebris gladium uentilans. Idem cõ- tra Iouinianum: Periclitamur reſponſionem ueraciam, et quaſi inter duos ſcopulos, et quaſdam neceſſitatibus et puden- tie ſymplegidas, hinc atq; inde uel pudoris, uel cauſe nau- ſragium ſuſtinemus. Si ad propoſita reſpondeamus, pudore ſuffragimur: ſi pudor impetrari ſilentium, quaſi de loco uia- debimur cedere, et aduerſario ſerendiſſe occaſionem dare. Melius eſt tamen clauſis, quod dicitur, oculis, Andabatatum more pugnare, quam directa ſpicula clypeo non repellere ue- ritatis. Idem in ſecunda cõtra Rufinum Apologia: Aliud eſt, ſi clauſis, quod dicitur, oculis mihi uoluit maledicere. Rur- ſum in eodem opere: Habetur dialogus apud Græcos Ori- genis et Candidi Valentiniane hereticoſis deſenſoris, in quo duos Andabatas digladiantes inter ſe ſpectaſſe me fateor. Huc, opinor, reſpexit in præſatione Eſare: Aliud eſt, ſi clau- ſis, quod dicitur, oculis mihi uoluit maledicere. Hieronymus uidetur mutuatiſſe e' Terulliano, qui libro de carnis reſtorre- ſtione: Si tam abrupte, inquit, ut quidam uoluit, clauſis, quod

aiunt, oculis ſine diſtinctione omnem paſſim carnem et ſan- guinem a regno dei extruſit. Hæftenus ille. Clauſis oculis di- xit, pro eo quod eſt, ſine delectu. Ceterum fuerint ne populi ad cum modum ſoliti pugnare, an gladiatorij genus, qui clau- ſis oculis tenderent in aduerſarium, an potius luſus genus, ut propemodum ex Seneca liceo conſpicere, nondum, ut ingenue fatear, ſatis cõperium habeo. Certe uox iſta e' uerboſitate, indicat fuiſſe quosdam, qui ſe hoſtem aduerſum inuadunt. Tum Homerus Iliados. 3. Αἰεακ sic pugnant inuenientem fa- cit, quæ admodum uel pro catalis dimicans, clauſis oculis in- ſilit in uenantium agmen:

Αἰεας δ' ἀμφὶ μῦθοιτιδῶν σάϊα εὖρε καλῶν ἰαῶν
Εἰς ἄνε, ὡς τις πλέωρ πῆρ ἰοῖ τεκῶν,
ὅς ἔσπε νύκτι ἄροντι σωαντήσωντ' ὅρ ἄλα
Ανδρῶν ἐπακπῆρες, δ' ἔτε δένειν Ἐλαμειῶνων
Πᾶρ δ' ἐτ' ἐπιſκῶσιον κάτω ἔλκετ' ὅτε καλῶν πῶρ,
ὡς αἰεας πῆρ ποτρίδιον ἦροι βεβῆκῆ. id est:

Aſt Ateax lato deſenſans undiq; ſcuto
Egredium iuuenem prognatum patre Menezio,
Stabat uti loe depugnans ſus pignora circum,
Cui catidos deportanti uenit obuia turba
Venantium in ſyluis, iaculis uergentibus, ille
Deducto prorſum cilio ſua lumina uelat.
Sic incingens heroa Patroclum protegit Ateax.

Conuenit in eos, qui temere, ſulloq; iudicio inſectantur quip- piam, aut repugnant alii. Neque peſſime quadrauerit in eos, in cuiuſmodi iocis extat Demonſtratiſſe, autore Luciano: Hic mulget hircum, ille ſuppont cibrum, cum alter inepte proponeret, alter reſponderet ad id, quod propoſitum erat, nihil facientia.

Canina facundia.

xxxix

Saluſtius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula: Canin, ut ait Appius, facundia exercebatur. Quod quidem Appij dictum apud eruditioſos ſcriptores in adagione ceſſit, in quosdā, qui tantū ad maledicendum eloquētia ſtudium exer- cerent: a rixa canum, et oblatuſi ſumpto epibuteo. Siqui- dē, r. litora, que in rixando prima eſt, canina uocatur. Diuus Hieronymus in epiſtola ad Ruſticam monachū: Comparum ferulis procedunt in publicum, ut caninum exerceat facun- diam. Idem obtrectatores ſuos ſubinde canes appellat.

Ilienſis tragædos conduxit.

xxxix

Ο Ἰλιεύς τραγῶδων ἐπιδιδάσκει, id est: Ilienſis tragæ- dos cõduxit. Vbi quis uilro pronocat quępiam, inde ſua aue- diat probra, ueluti ſi Troieni accerſant hiſtoriam, qui ipſi calamitates, quas ſemel perſulere, ænemo quaſi reuocet. Ita- cianus in Pſeudologiſta, Ἐπει γὰρ ἤϊ πῶν πρὸς μίαν ἰλιεὺν ὡρ τραγῶδων ἐπιδιδάσκει, id est: Poſtea quam enim iuxta prouerbū Ilienſis cū ſis tragædos cõduxit. Idē alibi, τὰ γοῦν πῶν ἰλιεῶν ἀεργῶν πεπὸνθα μὲν, ἔτε γὰρ ὅρ τινα τοπορῶν ἡμῶν κεννικῶν μῦθ, ἄσ ὁ μῦθων τῶν τραγῶδων συμφορῶν, id est: Itaq; plane idē nobis acce- dit, quod Ilienſibus, ut qui iſtū ceu tragædū quępiā aduer- ſus nos excitauimus, qui Phrygium canet calamitates.

Tribus minis inſumptis, duodecim imputat.

xxxix

Ironia prouerbialis apud Ariſtophanem in Pluto: καὶ μὲν εὖδ' ἔγω μοι δ' ὀκνεῖ νῆ τους θῆους τρεῖς μῶν ἀναλῶσας γὰ λογιſαῶν δ' ὄθθα. id est: At certe amicus ut uidetur per deos, Vti pro minis tribus, imputes duodecim. Quadrabit in eos, qui non niſi cõpendij ſui gratia colūt ami- cos, et

cos, et pro quibus exigo officio, multum beneficiorum expectant. Vulgo item aiunt: Pileum donat, ut palliū recipiat.

Oculus dexter mihi salit. xxxviii

Ἀλλετ' ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός. id est,

Salit mihi oculus dexter.

Vbi spes est visuros nos letum quippiam, et uehementer expectandū. Ductum à muliericariū superstitione, quæ ex membris priorū diuinare solent, quid sit cœuentū. Vnde illa apud Platōnem non semel obuia: Prærit mihi tergum: præriant dentes: præriant pugni, et: Vt hunc dentes tibi præriūt an male?

Theocritus in Amariū: Ἀλλετ' ὀφθαλμὸς μὲν ὁ δεξιός, ὅρα δ' ἴδωμαι ἄντρα μὲν Id est. En oculus dexter salit mihi, illam ne uidebo?

Est etiam apud Plantum: Superciliū salit. Hodiç; per iocū aiunt sibi dextram tinnisse aurem, significantes allicubi sermone de se absentibus factum cum laude. Idç; Plinius testatur, iulgo quandoç; creditum fuisse, ut qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris, qui uituperaretur, sinistra. Lucianus in dialogis meretricijs, ἴσως δὲ πρὸς αὐτῶν ἑβόμειν τὰ ὄρα ἡμῶν αἰεὶ γὰρ ἐμῶν κρητῶν μετὰ δακρυῶν id est: Num uobis tinniebat auris Parmeno? Nā herā aspidem cum lachrymis uestris meminerat.

Nebulæ in pariete. xxxviii

Ausonius in epistola quadam ad Gregorium filium, nebulas in pariete dixit, pro re nihili, somniç; simillima: An nunquam, inquit, midisti nebulam in pariete? Carnimis, quod ei scribitur epistole, lemma significat friuolum ac uanum. Nā nebula res est inanis, quàm ut coloribus exprimi queat.

Ne sis patruus mihi, sapere patruus. xxxix

Patruorum in nepotes ceu pecudiaris, genuināç; severitas, prouerbio locum fecit. Horatius in Odis: Metuentis patrue uerbera lingue.

Patruam linguam uocat securam, et oburgatricem. M. Tullius aduersus Heremium: Fuit in hac causa quidam patruus, censor, magister, Oburgauit M. Cælium, sic, ut neminem inquam parens. Horatius:

Sicut ego prauæ, Securæ hoc uolui, ne sis patruus mihi. id est: Ne me castiges. Ad hanc formā pertinet illud Persiani: Cum sapinus patruus,

Id est, postquam abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem Horatiū emulatus, ut solent dixit: Ne sis mihi tutor, id est, ne mihi prescribas, atç; imperes.

Saxum uolueræ. xl

Sexum uolueræ dicuntur, qui inexhausto quo piam, atque inuiti labore fatigantur. Terentiū in Eunuch: Satis diu iam hoc sexum uoluo. Donatus admonet prouerbum fuisse in eos, qui inextricabili sudore affligentur, tractumç; putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos, sursum, ac deorsum uoluentis.

Capere prouinciam. Tradere prouinciam. xli

Tradere prouinciam, figura prouerbiali dicuntur, qui negocium aliquod curandum committunt. Capunt, sufficientiū prouinciam, qui rei curandæ onus in se recipiunt. Metaphora sumpta est à consuetudine Romanorum, apud quos, qui magistratum gerebant, prouincias aliis alij fortiebantur. Exempla passim apud autores obuia sunt. Terentiū in seipsum excruciante: Videlicet ille Clinte seruus, tardius

scelus est. Idcirco huic nostro traditis est prouincia. Idem in Phormione: O Getra prouinciam cepisti diuam. Plautus in Cistellaria. Abi uis, abi directus in tuam prouinciam. Officium illi delegatum prouinciam uocabit.

Corinthus & colabus surgit, & uallibus deprimitur. xlii

Strabo libro Geographicæ oratio scribit Corinthios opibus, et artibus egregijs præcellisse, cæterum regione illorum non admodum fuisse feracem, quod à inæqualis esset, et aspera, ac petricosa. Eamç; ob causam fenarum hunc prouerbio iactatum fuisse: Χορεινὸν ὄρεσ' ἔστ' αἰεὶ πρὸς ἡορῶν.

Alibi tumet Corinthus, alibi caua est.

Mementi et Euphathius in Bœotiam Homeri, Huiusmodi autem terræ genus, non perinde sementi idoneum est, atç; campis. Id adagium, ubi nam positū esse usui non satis uideo, nisi si quis detorquet ad hominem intractabilem, aspero ingenio, et sibij ipsi inæqualem, parumç; secum cōstantē. Cælius Rhodiginus etiam atç; etiam contendit adhibendū esse prouerbum, ubi significamus felicitatem aliquo in cōmodo uitiatam, ut est frer, rerum humanarum conditio. Quem libentius sequemur autorem, si quod cōtendit et assenerat, uel minus autoritate probasset.

Croton salubrius. xliii

Κρότων ὄρεσ' ἔστ' ἰσχυρῶν, id est: Croton salubrius. De re nequaquam noxia, sed inædequaq; salubria. Zenodotus ad animante sumptum parocian existimat. Est enim Croton muscæ genus, Theodorus redium uertit, placidum et innoxium, neç; sicut, neque alia quāpiam re molestum. Strabo libro Geographicæ sexto, tradit hinc ortum, quod Crotoniatrum locus longe saluberrimus olim fuerit iudicatus, uel hoc argumento, quod breui temporis spacio quā pluriimos produxerit, tum athletas, tum philosophos, hoc est, corporibus pariter, atque animo præstantes uiros: inter athletas præcipuum Milonem, inter philosophos Pythagoram. Idem eodem in libro tradit Myscellum et Archibum pariter Delphos adijse, ut de urbe condenda consulenter oraculum, et alterutrum pollicente deo, Archibum esse delegisse, Myscellum loci salubritatem, illum itaq; Syracusas condidisse, hunc Crotonem, quarum urbium altera cecidit in prouerbum opulentie, altera salubritatis. Allusit ad hoc prouerbiū Pallaas in epigrammate: Οὐκ ἄλογος εἶναι δ' ἰσχυρῶν δάκρυα τινα δαίλου εἶναι ἔφυλον ἕξειν γὰρ δ' ἰσχυρῶν εἶναι ἁπλοῦν καὶ μόνον τρωστικῶν ἁπλοῦν, καὶ γέγονεν τὰ χεῖρα οὐκ ἠσυχρῶν ἰσχυρῶν. id est: Diuinum quiddam, nimis admirabile inesse Dixythijs certe diximus haud temere. Nam modo quem febris longa et quartana tenebat, Iamç; fatigatum conficere miserum, Dixythion admouit, neç; erat mora longa, Crotone Hoc ubi fecissem, senior ille fuit. Suida mauali ad animalis similitudinem referri, quod in diç; sit simile sit, nec ullam habeat incisionem. Est autem insecti genus, canibus ac bubus infestum. Suspico esse cuius sine nomine meminit Plinius lib. xxi. cap. xxxiiij. Semper habet caput inflexum sanguini, quomç; cibi exitum non habet, nimia satietate debescit. Numquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando. Est et uolueræ canibus peculiare malum, aures maxime læcians, quia defrensi morfu non quærit. Hefychius addit Crotonem dici genus gammii

gummi Aegyptij, cuius varias medicinas indicat Plinius lib. xxiii. cap. xi. Quidam aiunt, & Sefamidem dici Crotonem, fortassis eandem quam Plinius libro. xxv. cap. quinto appellat Sefamoides, quod ait elleboro admisceri solitum quo tutius sumeretur, id est, ni fallor ellebori genus, quod Italia ueratrum appellat. Quoniam hac herba non solum corpus morbis aliis immedicabilibus liberat, uerum & animum purgat ab insania, non admodum dissimile ueri uidetur, hinc ductum prouerbium Crotone salubrior. Sefami meminit & Dioscorides, Sefame Plinius, libro decimo quinto cap. septimo meminit Sefami, quod fit arboris genus unde confici solet oleum, quam alij uocant Cyci uoce ut uideatur Aegyptia, alij Crotonem, alij rhibim, alij Sifanum syluestre. Ibidem indicat & ex castaneis & ex ortica fieri simile genus olei. Rursum libro uigesimo secundo, cap. uigesimo quinto meminit Sefame, cuius in remedijs uarios usus indicat. Ceterum quid sit dixybum in epigrammate, non dum compertum habeo, nisi quod Plinius libro eodem circula finem, ostendit xythum esse potionem apud Aegyptios reperant, ex frugibus, hinc δι' ξυθου dictum uidetur, quasi dicas duplicem ceruissiam. Hac sibi medentur & hodie bibunt quidam.

Crotonatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est. XLVIII
 Κροτωνιατῶν ὁ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἐλλάνων, Id est: Crotonatarum postremus, primus reliquorum Græcorum. Strabo libro Geographiæ suæ sexto, prouerbium hoc ait ortum ob insignem Crotonatarum præstantiam in certaminibus Græcæntis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo, ut in uno certamine Olympico, septem uiri, qui reliquos uirtute præcesserant, omnes pariter fuerint Crotonate. Huius gentis præcipuum decus Milo, literis omnium celebratus, qui septies continenter uicit Olympia. Hic si constitisset, nullus e uentis poterat educere. Manum tenenti nemo digitum corripbat. De admirando nec indigno uita interuallum meminit Gellius. Adagioni locus erit, ubi genus aliquod tanto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc fit uel infimus, in illo positus primus uideri: uel si quis dicat, in re militari, uel ignauissimum Græcorum præstantiorem esse fortissimo Trojanorum. Aut qui sit apud Italos infanissimus, apud Gallos eloquentissimum uideri posse. Aut qui citharædus sit deterrimus, eum dulcorum principem haberi posse.

Ne decima quidem Syracusanorum pars. XLV
 Οὐδὲ πῶς δεκάτωσιν ἔστι συγκροσίωσιν ἔχει, id est, Ne decimam quidem partem opum Syracusanarum possidet. Strabo libro Geographiæ sexto. Συρακυσίας δὲ ἐπὶ τοσούτων ἔκαστος πλῆθος, ὡς τε ὁ αὐτῶν ἐν ἡγεμονίᾳ θύασι δὸ δόξαι, λεγόντων πρὸς τοὺς ἄλλω πολυτελεῖς, ὡς οὐκ αἶψά ἐκφυγοῖσι αὐτοῖς συγκροσίωσιν δέκατος, id est: Syracusas eo diuiciarum peruenisse, ut in prouerbio abierint. Si quidem de diuitibus, ac splendidis ita dicere solent: Ne decimam quidem Syracusanarum opum partem assequi possent. Significabant autem aliorum opes, quantumuis amplas, nihil esse ad Syracusanas diuitias. Non nihil Venæris accesserit prouerbio, si paulo longius detorqueatur, ut siquis preloctus Ciceronem longo intervallo, reliquos omnem posse relinquere dicat, opulentiam quidem & uiderem esse. Quintilianus dictionem, uerum hanc, uix esse τῶν συγκροσίωσιν δεκάτωσιν

Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere. XLVI

Strabo libro Geographiæ octauo tradit Corinthiorum urbem in Isthmo sitam, duos habuisse portus, alterum Asiam uersus, alterum Italiam. Vtrum quod freti inflexus est, non sine discrimine eo nauigari, uelut olim in mari Siculo, maxime præter Maleam, propter reflesas inde uentos, unde & prouerbium celebratum fuisse: Μαλιεὶ δὲ καὶ μὲν ἐπιλάττει τῶν θινάων, id est, Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere. Est autem Malea promontorium Laconie, à Maleo Argiuorum rege dictum, quod per quinque passuum milia in mari protenditur, auctore Scruio in quinto Aeneidos, in quo libro Vergilius uidetur ad parœciam Allusiisse, cum ait: Maleæq; sequacibus undis.

Item Statius septimo Thebaïdos libro: Et rauca circumsonat unda Maleæ.

Item in Tiberitino Manlij Vopisci: Si Maleæ credenda ratis.

Significat & Homerus libro Odyssæ nono, periculosam circa Maleam nauigationem fuisse, sic Vlysses loquentem inducens:

καὶ νῆκρ' ἀεὶ κινδῆς ἐνέμω ἐς πορτεῖα γαίαν, Ἀλλὰ με κίωμαι ῥέθ' τε παρηγομάσσοντα μάλα, καὶ βορέης ἀέτερος, ἤτε πλάθει δὲ κυβήτων. id est, Forsitan & patrias rediissem soles in oras, Sed me dum Maleam præteruehor, undasq; fluctusq; Et Boreas illinc pulsam aduocare Cytheris.

Alludit huc Ouidius in Heroïnis: Ausus es ò nimium, nimiumq; oblitue tuorum Tiberiaca nocturno tangere castra dolo.

Nam suorum oblitui uidentur, qui sese temere periculis obijciunt. Quædoquidem una hec præcipua causa ualens à subeundis uite periculis deterret, quod meminertur esse, quibus se saluo sit opus, ut ait Flaccus, & quibus incolumes padesse tum debeant, tum possint, extingit grauem allatori lucum. Videbimur non intempti uiter uti hac parœmia, si quando discrimen negotij suscipiendi uolumus ostendere, aut nõ esse suscipiendum, aut negligendam uitam.

Omnia sub unam Myconum. XLVII

πένδ' ὑπὲρ μίαν μύκωνον, id est, Omnia sub unâ Myconum. Strabo Geographiæ suæ libro decimo. ΜΥΚΩΝΩΝ δὲ ὄσιμ' ἐστὶ ἢ μύκωνον κίωσ' ἢ γίναντων πόντος ἰσάτωσ, ἢ ἡεαλέας καταλυδέντας, ἀφ' ἧν ἢ ἡγεμονία πάνθ' ὑπὲρ μίαν μύκωνον, ἐπὶ τῶν ὑπὲρ μίαν ἡεαφῶν ἀγόνων τωρ τὰ διηγεμῶν τῆ φ/σει, id est: Est autem Myconus, in qua fabulis prodiuum est, positos esse gigantes postremos ab Hercule confictos, unde dictum illud prouerbium: Omnia sub unam Myconum, in eos, qui res natura diuersas eodem titulo complectuntur. Quibus ex uerbis magis colligitur uis adagij quam ratio, tametsi conijcere licet, quoniam summa gigantum, & reliquæ sub Mycono conderentur, sub ea gigantibus omnes iacere uulgo dictum, cum sub alijs titum montibus sit fuerint. Itaque qui eodem in libro grammatice pariter & theologicæ, item didacticæ, & iurisconsultorum licet tradat, in eum non inconcinne dicentur: Omnia sub eandem Myconum. Aut ubi diuersa gesta, ab eo quod postremo loco factum sit, aspinentur. Est autem Myconus ex Cyclydiibus una, teste Stephano, quæ proterbij quoq; facit mentionem in dictione Myconus. At Zenodotus longe diuersam adfert fabulâ, quæ prouerbio dederit occasionem.

fiorem. Helcus, inquit, filijs suis Hegetori & Hippocli man-
darat, ut insulas illas in mari sparsas subigerent. Deinde ubi
Hegetor multas esset aggregatus, Hippocles unâ modo My-
conum, uelletq; nihilominus reliquarum etiam omnium ex
æquo particeps esse, considerauerit super hac re oraculum, que
nam insule Hegetori cederent: Respondit deus, *μία μία
κων*, id est: Vna Myconus. Vnus est eleganter Plutar-
chus primo *συμποσιακῶν* lib. *μία μύκωνον ἰσπο-
κίνας* de συμποσίων id est: Vno Myconum faciens con-
uiuium, significans indistinctos adhuc conuiuius. Vnde & de
indiscretis dictum apparet.

Lerij mali.

XLVIII

Λέριοι κακοί, id est: Lerij mali. In eos recte dicitur, qui
pauca omnes gentis uitio sunt improbi. Leriorum enim po-
pulus ob insignem morum improbitatem in prouerbij abijt,
autore Strabone libro Geographiæ decimo. Citatq; Pho-
cylidis, nescio cuius, uerba hæc. *Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μόνος
δ' αὖ, πάντες, πᾶσι παρρηκλέες, καὶ παρρηκλέες
Λέριοι*, id est: Lerij mali, non ut hic malus sit, ille nequa-
quam, uerum omnes, excepto Patrolo. Et Patroclus est
Lerius. Quod hic dictum est in *Verbis Græcæ epigramma-
ta* detorquent in Chios. Id reddat uenustius, si ab homi-
ne ad rem deslexeris, ut si dicas, omnes prognostis uani, uno
excepto Venantio, & tamen prognostis esse Venantius.
Impij sunt milites omnes, uno excepto Langio, & tamen mi-
les est Langius.

Ad Phasim usque nauigauit.

XLIX

Autore Strabone lib. Geographiæ. xi. Phasim est Euxini
sinus & extrema nauigationis meta, uel teste prouerbio:
Εἰς φάσιμ, ἔνθα ναυγίη ἔκατο δρόμου. id est,
Ad Phasim ubi supremus cursus nauibus.
Per Phasim Colchidem significat, non flumen Phasim,
neque urbem eiusdem nominis ad flumen sitam.

Theocritus in Idyllis. N.

Ἐξόες ἄ ἐς κολλῶδες πὲρ ἄρρονον ἴκετο φάσιμ. id est:
Et Colchos pedes, & te accessit in hostij Phasie.
Pindarus consimili figura in Isthmij hymno. Β. *ἄλλ
ἔπειτα ποτὶ μὴν φάσιμ ἑρείου, ἣν δὲ χερσὶν πλέ-
ωρ νεῖδε πρὸς ἄκτας*, id est: Sed transibat ad Phasim
quidem mensibus æstiuis, Hyeme uero nauigans ad Nili
ripas, id est: ad Colchidem in Aegyptum. Strabo enim putat
Phasianos ab Aegyptijs orundos, argumentum siuens
ex ipsi linearum, quorum tanta sit uis apud Phasianos, ut
hinc exportentur etiam in alias regiones. Dicitur de ijs,
qui longinquas orbis regiones peragrarint. Est enim ipsa
figura quasi prouerbialis hyperbole, quo modo dixit &
Iuuenalis:

Omnibus in terris que sunt à Gadibus usq;
Auroram & Gangen. Et Horatius in Odis:
Extremum Tanaim si biberes Lyce.

Et Vergilius in Bucolicis:

At nos hinc alij fluitentes ibimus Afros:
Pars Scythiam & rapidam Crete uenientis Oaxen.
Sumpti uidetur ab Isonis fabula. Neq; dissimile fuerit sche-
ma, si quis ad Herculis usq; columnis dicitur nauigasse, aut
usq; ad Britannos, quos autores extra mundi terminos pos-
nunt, quod Oceano separauerit. Horatius in Odis:
Visam phæætratos Gelonos,
Et Scythicâ inuolutus annem.

Idem in eodē opere:

Visam Britânos hostiubus feros. Idem rursus:
Et ultimos orbis Britannos.

Myforum ac Phrygum termini discreti funt.

Strabo libro Geographiæ duodecimo, regiones quasdam
commemorât inter se finitimas, puta Phrygum, Bithy-
onum, Myforum. Dolonum. Item qui iuncta Cæcæum acco-
lunt, Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficias
ire, quin unaqueq; suis finibus sit circumscripta. Verum eos
fines ad amissum diducere, id nequitiam facile. Porro de
Phrygijs ac Myfjs prouerbium quos; uulgo idclatum fuisse
uersibus trimetris:

*Χωρίς τὰ μύσων καὶ φρυγῶν ὄσιματα.
τὸ δὲ ὁμοίῳ χυλάτωρ.* id est,

Sunt separati Mysiorum termini,
Phrygumq; sed finire, perquam est arduum.
Huius rei causam adducit, quod hi populi non satis stabili-
tatuati sunt suas sedes, sed subinde aliunde alio depulsi, termi-
nos incertos reddiderunt. Plinius libro quinto, Mysiam in
Phrygia collocat. Plutarchus, ἣν ποῖς ὑγινοῖς Ἰσχυ-
χέλασι. *Χωρίς γὰρ ἔφα τὰ φιλοσόφων ὡς ἑστῶν
ῶσων τινῶν μύσων καὶ φρυγῶν ὄσιματα*. id est:
Separatam enim atiebat esse philosphorum ac medicorum pro-
fessionem, non aliter ac Mysorum & Phrygum fines. Ma-
nent & in hodiernum diem passim id genus de finibus gen-
tium rixæ, longa serie temporij omnia confundente. Adagio
licebit uti, de rebus toto genere inter sese distictibus, ueluti
si quis sentiens longe aliud spectare philosphum, aliud ora-
torem, dicat. *Χωρίς τὰ μύσων καὶ φρυγῶν*. Aut de ho-
minibus, inter quos nihil cœuent, nihilq; cœuente intercedit,
ut apud Euripidem Achilles. id est:

Χωρίς τὰμὰ κάραμινον. id est:
Separate sunt meæ res à bonis Agamemnonis.

Quod index auro, id aurū hominī. LI

Inter multas Chilonis sententijs, hæc precipue placuit en-
ditis, autore Lærtio. ἣν πλινθίνους ἀκοναὺς ὁ χρυσὸς
ἔλεγεσθαι, id est: uisus bescanorum phææτων, ἣν δὲ χρυσὸς ἰσ-
δρῶν ἀγαθῶν τὸ κακῶν τὸ νῦν ἰδοικε εἰλεγχου. id est:
In saxis coticalis auri explorator, euidentis prebens phæci-
men. In auro uero proborum pariter & improborū ingenij
deprehēditur. Stobæus carmen hoc citat ex Antiphane:
Ἰνδύθ' δὲ βῶσανός ἔστ' ἀνεβῶσος ἔσσωρ. id est:
Opes ut index, hominis ingenium arguunt.
Allusit huc Aristides in Themiocle. *Ἐντὶ δὲ τὸν ἄρα τὸν
ἀνδρα, ἄπ' ἡγεμονίας ἀξέβηκθ' ὡς ἡμῶν λόγῳ τὸν
χρυσόν, ἀλλὰ πῶς βῶσανον πῶσάραμ ἰσάσιμ*. id est:
Hinc aurum phæcia à linea facta initio. Neq; mihi, quod di-
citur aurum, sed ipsum admoens indicem considera.

Cauē Thoracem. LII

Ἐνλατῆ τὸν θώρακα, id est: Cauē Thoracem. Strabo
libro geographiæ decimoquarto scribit fluium esse nomi-
ne Letheum, uicinū Libybus Hesperijs, hinc imminere mon-
tem cui nomen Thorax, in quo fama est Daphnitem grammat-
ticū cruci suffixum fuisse, quod maledico carmine reges in-
cessiisset, unde dictum illud manarit in uulgus, ut dicerent,
φύλατῆ τὸν θώρακα. id est: Cauē à Thorace. Hoc uelut
enigmatè prouerbiali fœstituerit admonebimus, frenandā esse
linguam, ne nocēs petulantur emissē, per uigulam aliquando
redeant.

Abdera pulchra Tætorū colonia. LIII

Strabo libro geographiæ decimoquarto, tradit Tætorū cū
Perfarum cōiumelias ferre nō possent, urbe relicta, Abdera
Thraci urbē demigrasse. Atq; hinc illud uulgatū fuisse.

Abδερᾶ

Αβδερὰ καλὰ πῆμα ἄσποικία.

id est:

Abdera pulchra T eium colonia. Hoc enigmatè proverbiale significamus, non deesse quo cõ- fugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus. Huc fortassis alludit M. Tullius libro epistolularum ad Atticum se- ptimo: Quo imperium habeam, id est, ἀβδερῆτικόν. Et libro quarto: Hic Abdera non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis? Ignoscere non possum. Laudantur & ab Hero- doto T eij, quod relicta patria libertatem seruprint. Iochani- nus Vadianus meus, ut iuxta canadiis ac doctus, existimat comenire proverbum, ubi quis fortunam tenuem sed cum li- bertate cõiunctam, anteposit amplius epibus, sed obnoxijis ser- tituti. Cuius sententiæ nõ refragor. Nã damnatus est Abde- ritrum aër, & item passua.

Magna ciuitas, magna solitudo. LIIII

Strabo Geographiæ libro decimo sexto, Seleuciam ait Ba- bylone maiorẽ fuisse, sed pleraq; sui parte desertam, ac iure optimo de illa dici posse, quod de Megalopoli Arcadiæ ciuitate dixit comicus quippiam:

Ἐρημία μεγάλη ἔστι μὴ ἐν μεγάλῃ πόλει, id est.

Est magna solitudo, magna ciuitas. Allusum est ad nomẽ urbis, cuius meminit et Plinius in quar- to. Quoadabit in urbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quippiam, amplum quidem et spaciofum, sed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem illum, ue- rum impolitum et illuminatum.

Ad Scolon nec proficisceris ipse, nec alterum comitaberis, LV

Strabo libro Geographiæ nono scribit, Scolon uicini esse quempiam Asopiæ, sub monte Cithæone, sed em inamemam, incultam, infrugiferam, asperam. Atque hinc uulgo proue- rbium mansisse:

Ἐἰς σκῶλον μὴ τὸ ἄποιοι, μὰ τὸ ἔδωκεν ἔπεισέ, id est: Nec per te Scolon ipse, nec illi alij comes ito.

Refert eadem totidem uerbis Eustathius in Boeotiam Home- ricam. Quo pro uerbis conuenit uti, si quando significabi- mus modis omnibus abstinentium a comitatu cuiuspiam, aut à loco, ubi nihil sit sperandum, quod uel ad uoluptatem faciat, uel ad emolumentum.

Oenoe charadram. LVI

Ὀινὸς τῶν χαράδρων, id est: Oenoe torrentis aluuen. Nam charadra Græcis significat eam terre fissuram, quam aqua pluuia, aut torrens, nonnumquam terremotus efficit. Zenodotus in collectione adagiorum ait, dici solitum in eos, qui ipsi sibi malum accerserent. Hinc esse tantum paremiam, quod Oenoe uicinus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, aluuen quendam torrentis uicinum, suis finibus incluserant. Deinde ingruente immo diea u aquarum, et ob id corruptis agris, agricolationem perdidisse. Strabo geographiæ libro octauo, duas Oenoe commemorat, alteram Eleutheris fina- titam, alteram apud Marathonem, de qua iudgo iactata paremia, οἶνός τῶν χαράδρων, id est: Oenoe charadram. Effertur adagium ad huc quoq; modum, οἶνός τῶν χα- ράδρων, id est: Oenoe charadram, ubi quippiam accersit- tur ad commoditatem, unde pernicies adfertur. Hesy chius hoc pro uerbum refert et explicat ex Demone pro uerbi- bus autore.

Nihil ad Bacchum. LVII

Ὀὐδὲν πρὸς δ' ἰόνουσι, id est: Nihil ad Bacchum. Vbi quis e nugatur, que ad rem præsentem nihil attinent. Ada- gionis origo uaria traditur. Zenodotus ait, antiquius in cho-

ris Dithyrambos, in Bacchum eam solitos. Deinde poetis mutata consuetudine, Aiaces, Centauros, atq; id genus fibu- las expulisse describere. Proinde spectatores per risum accla- masse: Nihil ad Bacchum. Quo conuicio moniti, deinceps sa- tyros inducere coeperunt, ne dei prorsus oblitui uiderentur. Strabo geographiæ siue libro octauo, scribit enera fœdus in Romanis, propter niolatos legatos, Corimbiorum iube- re, milites in opera quoq; nobilia, quibus ea ciuitas præter cæ- teras abudabat, ludibrijs infulsasse. Citatq; testem Polybũ, qui prædicat præsentem uidisse sese, tabulas quasdam abie- ctas in solum, in quibus milites talis luserint. Quarum una fuit ab Aristide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc, inquit, quidam aiunt mansisse, quod proverbio dicitur, οὐδὲν πρὸς τὸν δ' ἰόνουσι, id est: Nihil ad Bacchum. Suidas re- fert Epigenem quandam Sicyonium, tragœdiam de Baccho conscripsisse, que cum indignis deo uideretur, quosdam esse spectatores acclamasse, nihil ad Bacchum. Eamq; uocem in pro uerbum abijisse. Verum magis approbat corum senten- tiam, qui dicunt quendam poetam de Baccho fabularum ar- gumenta consueisse tractare, eaq; demum aditari solita. De- inde paulatim ad tragœdias scribendas conuersos, alias fa- bulas et historias scripturas, prætermissa Bacchi mentione: spectatores igitur acclamasse, nihil ad Bacchum. Eiusq; fer- me sententiæ suffragatorum citat Chameleontem. Hinc opi- nioni astruit Plutarchus in primo libro Symposiacion, ostē- dens ab Aeschylø et Phrynico natam paræmiã, qui fibu- larum argumenta ad historias et ealanties deflecterint. At Theætetus apud eundem Suidam, in opere de pro uerbio, scribit Parrhasium pictorem. Bacchum summa arte finxisse. Itaq; cum apud Corinthios pictorum inter ipsos de arte cer- tamen ageretur, et complures Bacchum pictum proferrent, quoru nullus ad Parrhasij Bacchum accederet, succlamasse populum, nihil ad Bacchum. Apud eundem, quidam cum Co- roebum, Vlysseni illum uasum et uersipellem uocasset, au- dixi: Canem adducis ad præseppe, et nihil adfers ad Bacchũ. Vtroq; pro uerbio significatũ est nimis inæqualem esse com- parationem Corœbi cũ Vlyssẽ. Lucianus in Baccho, ἄδωδὲ τί πρὸς τὸν δ' ἰόνουσι, οὐτὶς δ' ἰόνουσι ἔτοι: τίς ἄρ, id est: Sed dixerit quæpiam, quid ad Bacchum hic Bac- chus: id est, quid ad rem propositam pertinet hæc de Baccho fabula: itaq; uidetur adagium quadratum, uel de re ab in- sistuto aliena, nihil multo inferiore, nec contemnenda. Plutar- chus in Symposiacionum questionum prima, de ijs agens, qui anxios syllogismos, uel uen quem uerbes uota uocant in poculis proponere solent. τί τῶντα, inquit, πρὸς τὸν δ' ἰόνουσι? Idem inibi. Πέμψο δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰς χάρας, ἢ τὰ τῶν δὲ καὶ μὴ παρὰ τὸς ἄμισσα μὴδὲ ἄποσοδιόνουσα εἶναι, id est: Mittam autem propediem et reliqua, si quidem hæc uidebuntur, nõ usq; quaq; infesta, neq; nihil ad Bacchum pertinentia. Noue quidem, sed tamen opi- do quam eleganter dicit, ἄποσοδιόνουσα, tacite alludens ad pro uerbum. Significat autem, οὐκ ἄποσοδιόνουσα, non aspernanda, et ad rem pertinentia. Idem in eiusdẽ operis li- bro quarto. Οἶμαι δὲ καὶ ἐπὶ σαββάτων ἑορτῶν καὶ παντῶν ἄποσοδιόνουσα εἶναι, id est: Arbitror autem nec sabbatorum festum, nihil prorsus ad Bacchum pertine- re. Athenæus libro undecimo, ἄποσοδιόνουσα λῶσας πικρῶ μαθητὸν ἴδῃ, id est: Solutiones nihil ad rem perti- nentes molientes, tercio, πᾶσα γὰρ μέγα dicit, modos non respondentes ad libiam. Ac mox ἀπορίτητα καὶ μέσασ, hoc est, cymbala non congruentia ad numeros saltationis. Sic

enim uocat sermones intempetuos, aut nihil ad rem pertinentes, quos idem ἀμυσολογίας uocat. De huius forme prouerbijs dictum est nobis alias: Nihil ad uersum. Pindarus in Nemeis, ἤδη μὲν ἔρχεται, dixit pro eo, quod erat secus quam conuenit loqui, μάθωρ δ' ἐπε τῶν ἐγώ, εἰ πάς μάλ' ἔρχομαι.

Farcire centones.

LXVII

Periphanes in Epidæico Plautina, militi iam pugnas suas militari more paranti narrare: Quin tu, inquit, alium queras, cui centones farciās, id est, quem tu gloriosis mendacijs et consarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines gloriosi mendacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neque finem, neq; modum. Centones autem dicuntur uestes è uarijs panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus consarctinatæ. Iuuenalis:

Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Ad horum similitudine centonem uocant carminis genus, ex diuersis carminibus, et carminum fragmentis, hinc atq; illinc accersitis, cõtextum, quasiq; consutum. Greci κέντρονας appellant, addita litera, quâ abijciunt Latini. Extant adhuc, ὀμφοκέντρονες, quorum memini et diuus Hieronymus, et Vergilio multos Probe mulieris, et Centon nuptialis Ausonij, qui legem etiam eius carminis tradit.

Quod dedi, datum nollem.

LXIX

Lenæ Milenis in Cistellaria Plautina: Inter nouam rem, inquit, uerbum usurpabo uetus. Quod dedi, non datum uellem, quod reliquum est, non dabo. Significat se penitere, quod puella fecerit copiam, de cætero non facturam. Vnus adagij fiet uentusior, si paulo longius à simplici figura deceptor queatur, ueluti si quis indicans se superioris operæ, quem in poëticis studiis insumserit, penitere, nec esse consilij diutius in ea tēpus terere, dicat: Quod dedi, datum nollem, quod reliquum est, non dabo.

Crocodyli lachrymæ.

LX

Κροκοδείλων δάκρυα, Id est: Crocodili lachrymæ. De ijs, qui sese simulant gaudent angustia incommoda cuiuspiam, cui perniciem attulerint ipsi, cuius magnam aliquod malum moliantur. Sunt qui scribant Crocodilum conspecto procul homine, lachrymas emittere, atq; eundem mox deuorare. Cuiusmodi propemodum erant lachrymæ Basiiani imperatoris, apud Aelium Spartianum. Lachrymabat quoties aut mentio fieret, aut imagines uideret Getæ fratris, quæ occiderat. Alij narrant hanc esse Crocodili naturam, ut cum fame simularat, et insidias machinator, os haurit impleat aqua, quam effundit in semina que nouit, aut alia quepian animantia, aut homines aequatum uenturos, quo lapsos ob lubricum defensum, neq; ualentes aufugere, corripit, corruptosq; deuoret. Deinde reliquo deuorato corpore, caput lachrymis effusis macerat, itaq; deuorat hoc quoq;.

Bona est etiam offa post panem.

LXI

Αγαθὴ ἔσθ' ἡ μάζα μετ' ἄρτον. id est: Bona est offa post panem. Hæmisticion carminis heroici. Zenodotus ait de ijs solere dici, qui penoria meliorum, amplectuntur deteriora. Nā μάζα quiddam est pane cõcto de tertius, constat ex lacte et farina, quo rustici uice panis uti consueuerunt. Si quidem ὄψις ἢ ἄλευρον, in delicijs olim fuisse aliàs demonstrauimus ex Theophrasto. Prouerbijs specic habet quod est apud Athenæum libro sexto, licet huc distimile, πένδοντι γὰρ ἐνδὴν μάζα τριμύστην χυσοῦτε κἀλέφαντ' ὄ, id est: Maza siue offa esurienti homini charior et auro et ebore. Quo licetibi uti cum indicabimus rē

usu non opinione estimandam.

Si non adsumt carnes, taricho contentos esse oportet.

LXII

Ἀρ μὴ τῆν κρέα εὐκρέτων ἴδ' ἰσχυρ. id est: Probanda salsamenta egenti carniū.

Sunt qui dicant, τάρχηος accipi pro pisce, sed uili pretij, qui idē sit Aphyas, forsaspis ibi dicitur dū Tarichus. Sensus hic est, ubi non est copia meliorū, boni consilere oportet, quecumq; contingunt. Refertur à Diogeniano.

Agathonia cantio.

LXIII

Αγαθωνία ὁ ὠδῶσις, id est: Agathonia cantio. Recte dicitur de oratione blanda magis, quam frugifera. Agathon tibicen qui piam erit, cantilenam suauitate maiorem in modū aures delinens. Nec huius mores dissimiles musica fuisse perhibetur. Laborat enim infamia mollicie. Auro Zenodotus. Haud scio an hic sit idem ille Agathon in tragicorū certamine uictor, in cuius epinicijs Plato celebrat illud nobile conuiuiū. Huius nullus modus Aristophanes in Theophorijs, carminum mollicie deridet.

Edax currus.

LXIII

Ἀδ ἡ κρέατος ὄσμος, id est: Edax currus, in gluttones et uoraces dicitur, propterea quod currus nullum absumit unguinis suæ crematis, siue quod sumptuosas sit, equos et currus alere, unde et comicus Aristophanes in Nubibus iocatur in Strepsilade, quem filius, ἰπποτοσόδω, ad inopiā redegerat, multo ere alieno cõtracto. Flautus Vopiscus in diacat Areliano in delicijs fuisse Agathonē quendā, qui uno die ad mensam Imperatoris eaderit, apurum integrum, centum panes, uerucem et porcellam, biberit autē in sandibulo apposito plus orca. Sed de hoc hominū genere plura Athenæus in dipnosophisti. Venustus reddetur, si deflexerit ad animi uitii, ueluti si dicas, huius aut illius principis amicitia inmodica pecunia parari ac retineri aliq; Aut cupiditates inexplēbiles esse, cum naturæ usus perpaucā postulet.

Sanguine flere.

LXV

Ἄματι κλάειν, id est: Sanguine flere, proterbidis hyperbole significans nihil non fieri, quo fleatur aliquis, sic enim antiquius loquebatur: Haud flecēs illi, ne si sanguine quidē fleueris. Ἰδέε ἄματι σέβειν, id est: Sanguine gemitare. Durat hoc adagij in hodiernum etiam diem.

Pardi mortem adsumat.

LXVI

Θιάταιν παρὰ ὄλιγος ἴσσοκος ἵππων, id est: Pardi mortem sonulat. Dicebatur ubi quis astu pernicite aliquid moliretur, ueluti cū Brutus Iulpidam ac demenē ageret, ut in postremum imperio potiretur. Id adagium ad quendam apologum referunt. In Maorijs, simularum ingens copia. Par dalis autē animal est natura sumis infestissimum, quas tamen uiribus assequi nō potest, nimirum illis in summas arbores subulatibus. His itaq; oribus in eas uitur. Sternit se Iupinam sub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit sese. Gaudet eo spectaculo simile confidentes in arbore. Deinde ubi iam mortuā arbitrantur, unan aliquam emittit exploratorem, nam uere mortuus sit hostis. Illa cautim ac pedetentim accedens, nihil nullum uite uidet argumentum, Par dale nimirū modis omnibus cadaver imitante, denum audet etiam ascendere. Quod simulatque relique sumas conspexerint, iam depositio omni metu descendunt, et Par dalem omnia ferentem, circūfultant: postremo concedant, insulantes ludibrij causa, donec Par dale sentiens illas iam saltando defestigatas, de repente reniufcens, aliam dentibus, aliam in uigibus corripit, dilantā que ac deuorat. Hanc equidem fabulam, ne quā faci-

faciam lectori, non reperi apud idoneū autorem, sed in Graecis collectaneis cuiusdam A postolij Byzantij, cuius testimonium quodam in loco Politianus etiam adfert, alioquin autor non admodum gravis.

Mandare laqueum LXXVII

Mandare laqueum dicitur ijs, quos usq̄ adeo negligi à nobis significamus, ut si vel suspendant sese, nihil ad nos attineat. Lucretialis de Democrito:

Cum fortune ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumq̄ ostenderet inguem.
Confine illi cum iubemus, σιμωδίζω, id est, plorare quempiam, καὶ κλαίειν καὶ μακρὰ χεῖρας, id est, & flere & longum valere.

Medium offendere digitum, LXXVIII

Medio item digito porrecto, supremum contemptū signi-
ficabant. Martialis libro secundo:

Et digitum porrigito medium.
Nam hinc digitum Martialis impudicum uocat.
Ostendit digitum, sed impudicum. Persius infamem:
Infami digito & iustalibus ante saluus.

Hinc arbitror pertinere, quod apud Laërtium Diogenes, ut alibi diximus, hostibus quibusdam Demosthenem uidere cupientibus, nō indice digito, sed medio porrecto demonstra-
uit, παρ' αὐτῶν ἰνυῖες & εἰσσημαίνω. Ac pseudo post eodem in loco, satis indicat porrectione digiti medi q̄ quippiā obscenū significari, cū ait insanos haberi, qui mediū porrigat digitū, qui indicem, non item. Itaq̄ eodem in carmine duobus ada-
gijis extremam contemptum indicauit Satyricus:

Mandaret laqueum, mediumq̄ ostenderet inguem.
Elegantius fiet utraque si longius detorqueatur. Vt philo-
sophicus preceptis laqueum mandes, tu tuo uiuio more. Et
theologorum decretis negociatoris medium unguē ostendunt, id est, planē contemunt, ridentq̄.

Barbam uellere. LXXIX

Est illud quoq̄ sumptum à gestu, barbā uellere, quo sum-
mum contemptum ac ludibrium significamus.

Horatius sermoneum libro primo:

Barbam tibi uellunt Lasciuī pueri.
Persius:

Idcirco stolidam prebet tibi uellere barbam Iuppiter.

Idem alius:

Si Cynico barbam petulans Nonaria uellit.

Malis ferire. LXXX

Μάλους βλάπτειν, id est: Malis petere dicitur, qui mu-
neribus assequi studet, quod optat. Aut qui donis pronouat
ad amorem mutuum. Ducta est allegoria à fabula Aulante,
quam Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis inter-
currendam malis aereis, in quibus sublegendis, dum puella
subinde remoratur, precescit ac uicit iuuenis. Refertur ada-
gium à Diogeniano, Plinius in symplosiacis indicat olim
fuisse morem, ut in eos, qui semper uincerent, mala, rosas,
nonnulli etiam mala punica iacerent. Vt hinc quoque uideri
possit ortum adagium, ac dictitatum de ijs, qui magno opere
mirantur, ac probant quempiam, ut etiam blandiuntur. Idē
decade nona narrat. Anaxarchum cum ab Alexandro post
cecenam malis peteret iuxta Xij, dixijq̄, hunc senarium,
ex Orestis Euripidis:

Εὐβλάπτει τις δὲ μὴ βροτῶν χεῖρ. id est:

Ferietur aliquis mox decim, humana manu.

Potest & simplicius accipi, malis petere cum quis ad aman-
dum lacepsit, ac pronouatur: sic enim interpretatur Suidas.

Vnde est illud apud Maronem.

Malo me Galatæ petiit lascina puella. Et,
Aurea mala decem nisi, eras altera mittam. Et,
Ipse ego cana legam tenera langine mala.

Et Acontius apud Ouidiū Cydippe matū inscriptū in gremiū
mittit, Aristophanes in nebulis. Μάλους βλάπτειν ἴσθ' ὡροῦν
δ' ἴσθ', id est: A scorto malo percussus. Interpres ascribit, ma-
lum amoris esse symbolū, propterea quod Veneri sit sacū.

Vnde in ceruicine formam, premium malum erat aureū,
idq̄ Veneri contigit. Theocritus in Cyclope:
ἤρατο δ' αὐτῆ βλάπτειν, οὐ μάλους οὐδὲ κινῶνους,
ἀλλ' ἄλοισιν μανίας. id est:

Non malis, non illerofis, non ille Cicinis:

Sed sarijs magis pestiferis adamabat.

Idem in Hodoeporis:

βλάπτει καὶ μάλουσι τὸν ἀπὸ πόρον ἔκ κλεψεία.
Olim mansueta malis constabant. Vnde Horat. in epist.

Frustris & pomis iudus uenientur auaras,
Excipientiq̄ fetes, quos in auaria mittant.

Mare prius uitem tulcrit. LXXXI

τὸ πρῶτον περὶ τὸν ἕρπον ἴσθαι ἕμπελον, id est: Ma-
re prius uitē feret. De ijs, que nullo pacto fieri possint. Nam
salutudo uitibus inimicissima. Hinc opinor Homerus & He-
siodus identidē pontū uocat, ἐρπύρατον, quod illic nulla
colligatur uindemia. Refertur apud Diogenianum.

Betizare, lachanizare. LXXXII

Lachanizare uulgo dicebant pro langzare, teste Sueto-
nio in uita Octauij Cæsaris, pro quo Augustus nonnisi betizare.
Quadrabii & in insulsos & insipidos. Catullus:
Languidior tenera cū pendens scula betis. Item Martialis.
Ut languidi sature fabrorum prandaria betæ,

O quam sepe petet uina, piperiq̄ coquus.

Eodem pertinet illud Diogenis Cynici dictam apud Laërtiū:
Cum adulescentes quidā eum canem uocarent, seq̄ cautos
dicerent, ne ab illo morderentur, bono animo esse iusti: ca-
nem enim had quaquam uesi betis, mollicem illorum no-
tans. Bliceros appellant stupidos. Est βλαίτην herba genus,
cui nomen etiam à stupore saporis inditum putant, ijs qui
βλάττει, que uox bardum & stupidum significat. Plautus in
Truculento: Blicæ & lutea est meretrix, nisi que sapit in
uino, ad rem suam. Laberius Mimographus apud Nonium
Marcellum, bipedem & blicam beluam, appellat, insulsum
& uercedem. Apud Menandrum quoq̄, mariti uxoribus ex
blito conuiciū faciunt, Blicæ cas nominatæ. Aristophanes
in nebulis: καὶ ἐς καλῶσι βλαίτομαρ. id est: Tēque uo-
cant bardum ac stultum. Fieri potest, ut Gallica quoque uox
hinc manarit, que nunc uulgo cōtempnissimos, extremeq̄; no-
te homines compellant Bliceros, addita litera d.

Promus magis quam condus. LXXXIII

Sane quā elegas & proverbialis Ausonij dimeter lam-
bicus: Promusq̄ quā condus magis, in quendam profuso-
rem, qui parta prodigere nosset, querere aut quesita serua-
re non nosset. Sumpta metaphora à rei familiaris dispensato-
ribus, maximeq̄ penariæ, quos Greci τομιας uocant.
Quorum partes sunt ad usum familie promere, id est, pro-
ferre quedam, alia condere, hoc est, seponere. Iam qui tantū
promit, is ad inopia uelut, equisq̄; propter. Plautus in Tru-
culento, parce promos appellat, sordidos ac tenaces, & qui
sumptum libenter effugunt.

Indulgere genio. LXXXIII

Prouerbiales sunt & ille figure, de fraudare genium, pro
z & eo quod

eo quod est, negare nature, quod appetit: et indulgere genio, pro eo quod est, animo obsequi. Terentius in Phormione: Summ defraudans genium. Plautus in Truculento: Sed istos qui cum genijs suis belligerat, parce promi. Sordidos et parcos significans. Idem in Aulularia: Egonet fraudandi meum genium. Contra Persius Satyra quinta:

Indulge genio, carpe manus dulcia.
Vnde et genicem appellant diem Letum et uoluptarium:
Et genialiter uinere, pro molliet et laute.

Curare cuticulam. LXXXV

Huic cōsinit est illa frequens apud poetās figura: Curare cuticulam. Nam qui uoluptati student magis quam fame, unū hoc curant, ut cutis summa nitescat, eaque gratia lautioribus epulis, balneis, unguentis, somno, conuiuijs, alijsq; id genus delitijs utuntur. Horatius in sermonibus: Ire domū, atq; Pelliculā curare tūbe, Idē in epistolis: Me pinguem et nitidum et bene curatā cute uises, Cum ridere uoles, E picuri de grege porcum. Persius: Et aspidū curatā cuticula sole.

Nodum in scyrpo queris. LXXXVI

Nodum in scyrpo queris, in anxium dicebatur, nimisq; diligenter, aut meticulo sum, qui illic serupulum moueret, ubi nihil esset addubitan dum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæchmis, et uerbis totidem apud Terentium in Andria. Festus ex Ennio citat:

Queris et in scyrpo, soliti quod dicere, nodum, Nominatim prouerbij titulo referēs. Donato iunci species est scyrpus, leuis atq; enodis. Quoniam apud Gellium scyrpi dicitur captiuiculae, argutiq;. Nisi forte quis malui legere in serupo, quod hi lapilli leues sint, ac rotundi.

Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum. LXXXVII

Horatius in arte poetica, prouerbiali schemate dixit: Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum. Indocti poetae stulticiam taxans, qui multa non suo loco, neq; tempestiui ter describit, perinde quasi piscior Delphinū piscē, iuxta Callimachi dictum, in nemoribus pingeret, rursus aprū in iudis. Confine illi, et quod uero μύρον, id est: In lenticula unguentum.

Cancer leporem capit. LXXXVIII

Καρκίνος λαγώρον θραπέ, id est: Cancer lepore caput. De re nequaquam uerisimili, dictusq; absurda. Velut si quis dicat, ab indoctissimo superari doctum.

Ne caprea contra leonem. LXXXIX

Μη πρὸς λέοντα θορκαῖα, id est: Ne caprea aduersus leonem, hoc est, ne longe inferior cum potentiore decertes. Dercas enim syluestris est caprea. Refertur a Diogeniano Suidas integrum refert senarium:

Μη πρὸς λέοντα θορκαῖα ἄλομα μάχη. id est: Ne cum leone caprea pugnam iumpsero.

Homerus Odyssæe. ©

Ανδράσι δὲ πρῶτεροι οἱ ἐν γέμῳ οὐκ ἐδελήσω. id est: Cum potiore uero nolim certamen inire.

Pellem caninam rodere. LXXX

Pellē caninam rodere, prouerbiali metaphora dixisse uidetur Martialis, pro eo quod est, hominem male dicum et impudicum conuicijs insectari. Sic enim scribit in obtrahatorem rem quendam et obtrahatorem:

Non derant tamen hac in uerba fur san, Vnus uel duo, tres uel quatuor uel Pellē rodere qui uelint caninam.

Echino asperior. LXXXI

Ἐχίνος τρυφώτερος, id est: Echino asperior. In hominē intra clabilem et insuauibus moribus dictum. Metaphorā sumpta ab animante, cuius duplex est genus: terrestre, spinis obstitū: et maritimum, pinnatis uandique testudine, ac spinis obductū, quibus se pedū uice uoluit, autore Plinio. Martialis:

Cortice deposito mollis echinus erit.

Aristoteles libro de generatione animalium quinto tradit, Echinum ipsum quidem pusillum esse, ceterum spinas habere et longas et acutas. Athenæus Dipnosophiston libro tertio, fabellā haud infestiuam refert de Demetrio Sepso: Latronem quempiam uocatum ad cenam, appositis Echinis, cum ignoraret quo pacto soleant edī, nec obseruaret quomodo ceteri cōuue bis uescerentur, corripuisse quendam, et in eos coniecisse una cum ipsa testa: porro cum inter dentes strideret Echinus, et hominis os cibo misere cruciaretur, o sceleratim, inquit, sedulum, neque tuum te omittam tibi mors, nec te posthac unquam sumpsero.

Echinus partum differt. LXXXII

Ἐχίνος τοῦ τρυφώτου ἀνελκόμενος, id est: Echinus partum differt. De ijs dici suctum, qui prorogarent quippiā suo malo: ueluti qui credunt pecuniam contempnendam, tamen aliquando reddendam uel maiore cum sanore. Aium: Echinum terrestrem stimulat alio remorari partum, deinde iam asperiore ac duriore factō foetu mora temporis, maiore cruciatu parere. Autor Suidas.

Prius duo Echini amicitiam ineanit. LXXXIII

Ἐχίνος δὲ δύο ἔχτινος ἐκ θαλάσσης ἐλθόντες ὁ μὲν ἐκ τῆς ἁλῆος, ὁ δὲ ἐκ γῆς, id est: Prius Echini duo inuicem amicitia, alter ē mari, alter ē terra. De ijs, qui moribus ac studijs sunt inter se discrepantes, quam ut spes sit aliquando inter eos necessitudine coitura. Venustius erit adrem deflexū. Male cōuenit theologorū spinis cum bonis literis: citius echino marino cū terrestris cōueniret. Nam est echinus marinus, de quo multa Plinius et Aristoteles. Est et terrestris, quē alio nomine uocat Erinaceus: illud cōmune, quod uterq; spinosus est, unde et uocabulum inditum. Refertur a Suida.

Non missura cutem, nisi pleu na cruoris hirudo. LXXXIII

Prouerbij speciem habet illud citum Horatianum in arte poetica:

Non missura cutem, nisi pleu na cruoris hirudo, Quas abis in homines nimū scdulos, et quibusuis in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos uidēs, quā cum semel coeperint, nullū faciūt finem, donec defatigati, desistant, nec rationem illam habent aleni fastidij, sed suo tantum animo negocij modum metiuntur, haud quaquam memores uetustissimi sermonis, admonentis ut tum a lusu desistant, cū aduoc est iucundus, ne uoluptatem odij molestia cōsequat, contemnerit. Nemo nescit, hirudinem ubi semel haerit corpori, nulla ratione posse recelli, donec sicuti sanguinis expleta decidat. Meminit Plinius lib. xi. cap. xxxij. atque imbi de altero quodā animali, cui nomē non sit, quod semper infixo sanguini capite uiuat, donec nimia stititue dehiscat, et ipsi immortiens alimento, cum cibi non sit exitus.

Mea est pila. LXXXV

Mea est pila, id est: Vici, et uoti sum cōpos: aut res mibi in manu est, apud Plautum in Truculento. Sumptum a notissimo pile ludo, cum multis infrequentibus, unus aliquis praestantior occupat. Confimili figura dixit in Castina: Sed pila munc

nunc uult hera facere officium suum, nostra omnis lis est, id est, uicinis. Traducta metphora a iudicijs.

LXXXVI

Ab ouo usque ad mala. Prouerbiali figura dixit Horatius in sermonibus Satyra tertia, pro eo quod est, ab initio conuuiij usque ad finem.

Si collibisset, inquit, ab ouo usque ad mala, citret, i. Bacche modo summa Voce, modo hac resonat, que chordis quatuor imā. Antiquitus enim cœna ab ouis auspiciabatur, malis finiebāt. Erit uenustius, si longius trahatur, ab ouo usque ad mala, id est, toto colloquio, tota navigatione, aut toto opere. Qui rem alius repetunt quam oportet, notantur illo uersu Horatiano.

Troianum bellum gemino exordior ab ouo. Qui a primis initijs repetunt, ἐκ τῶν ἄρῶν id est, a radicibus, et a stirpibus imis exordiri dicitur, qui nihil preterea mittit ordine narrat, et a capite usq; ad calcem, quod alibi retulimus, Grecis ἀνοδῶν dicitur et ἀρῶν.

Virtutem & sapientiam

uincunt testudines. LXXXVII

Iulius Pollux lib. ix. de rerum uocabulis, scribit hoc carmen olim prouerbio celebratum fuisse:

Ἐὶ ὑβρὺς τεστῦδινibus, et sapientia cedit. Id est: ubi uis testudinibus, et sapientia cedit.

Est aut uelut enigma, inuies pecunia longe plus posse, quam aut uirtutē, aut sapientia. Antiquitus enim Peloponnesum nominis χελωνῶν, id est: testudo dicebatur, propter infestitatem in eo testudinis figurā. Teflem huius rei citat Epollides, qui in fabula, cui titulus, Captiui, ὄβωλον dixerit κατὰ χελωνῶν, id est: oboli pulchre testudinis. Consimili forma dictum est illud: Multas noculus sub tegulis latitare, et bos in lingua, que suis retulimus locis.

Sacra hæc non aliter constant. LXXXVIII

Sacra hæc non aliter constant. Hoc adagio licet uti, si quando fatebimur culpam, sed que rei locoue conueniat: ueluti si quis in balneis agat impudentius: aut rusticus in natiui: aut in compositionibus ebriorum intemperatius: aut inter mulierculas ineptius: aut inter aulicos disimulantius: aut inter sophistas loquacius: aut apud populum adulantius. Ausonius nuptialis Centonis excusans licitiam: Etenim fabula est, inquit, de nuptijs, et uelit noli, sacra hæc aliter nō constant. Sumptum a sacris, que certis quibusdam ceremonijs peraguntur: de quibus si quid demutes, piculum admissum putetur. Plutarchus in commentario de audiendis poetis: θυσίας μὲν γὰρ ἀρχοὺς καὶ ἀναγινώσκοντες ἴσμεν, οὐκ ἴσμεν δὲ αὐμῶν οὐδὲ ἀλφῶν τὸ ποικίλον, id est: Sacra enim absque choris ac tibijs nouimus. Non nouimus autem absque fabula ac mendacio poetam.

Sequitur uer byemem. LXXXIX

Sequitur uer byemem. Hoc adagio rerum uices significans, necessario sibi succedentium: ut si quis iudicem in rebus afficiat, animum sciendum spe melioris, dicat: Sequitur uer byemem, id est, tristibus succedent letiora. Ita Pindarus in stromionum hymno quarto, γῆν δ' αὖ μετὰ χειμέριον ποικίλων μνηστῶν ἴσορον χεῖρῶν ἐπε φοινικίους ἄνθ' ἰσοδῶν, id est: Nunc uero uersum post hybernam multiplicatum mentium caliginem, terra ueluti purpurea floscit rosis. Ausonius in præfatione monosyllaborum: nonnihil abusu est prouerbio. Vi in uetere uerbo est: Sequitur uer byemem. Iam similitum nugaram subtexo nequitiam.

Venerem iustitrandum.

XG

Ἀφροδίτῃ οὐκ ἐμποιώμι. id est: Venerem iustitrandum non punitur. Sensus est, amantium iustitrandum irritum esse: neque ad deos quicquam pertinere, tanquam iocofum: Et auctore Nafone:

Iupiter ex alto perioria ridet amantum, Et iubet Aëlios in freta ferre notos.

Et Horatius:

Ridet hoc inquam Venus ipsa, ridet Simplicis nympha: Tibullus:

Perioria ridet amantū Iuppiter, et uentos irrita ferre iubet Citator hoc adagiū a Platone in conuiuio. Meminit et Procopius in epistola ad Eriphanū ultima καλῶς ἔρα ἰδὲ τὸ τῶν ἐρωῶντων πᾶσι ἢ παροικίᾳ, ἢ ἀρ' ἐπιτοχῆν ἐδὲ λαοί, ἐν ἡνώμαρ αὐτοῖς ἐκ δειῶν ἔσασκελλεταῖ, id est: Pulchre nouit amatū afficiū prouerbū, etiā si peierare uoluerint, ueniā illis a dijs pollicetur. Defecti pōt ad quoduis promissum, cuius fides prestanda non uideatur.

Tanquam meū nomē: tanquam digitos xci

Prouerbiales hyperbole sunt: tanquam meum nomen, et tanquam meos digitos teneo, si quando promptam, certamq; memoriam significare uolumus. Martialis:

Totis diebus Afer hæc mihi narras.

Et teneo melius ista, quam meum nomen. Iuuenalis:

Tanquam ungues digitosq; suos.

Nihil magis meminimus, quam proprii nominis, unde et uita defunctos olim suo nomine inelamabant. Et proprii nominis oblitum, dicitur prodigiose obliuiscenie hominū. Antiquitus in digitis cōpūs peragebatur. Exiit ea de re libellus Bæde. Quin hodieq; numerādi peritū et obliuiscum per iocum rogare solent, quot in manibus habeat digitos. Plutarchus in commentario, cui titulum fecit, quo pacto quis intelligere possit se profecisse, scribit olim morem fuisse, nomina digitorum ediscere: hisq; in metu tanquam remedio fustior uti. Ipsius uerba subscribā: οἱ μὲν γὰρ ἐκμεμασθικότες τὰ ἑῶν ἰδίῳ ὀνόματι δακτύλων, χεῖρῶν τε καὶ ποδῶν φέροντες αὐτοῖς ὡς ἀλεξιμανεῖς, ἀρῆμα κατὰ τὸ ἑρῶν τε καὶ ἑκαστοῦ, id est. Quidā enim ediscunt suorum nomina digitorū, eisq; cōtra pauores utuntur, tanquā ad depellenda mala remediū habeāt, paulatim singulos recensentes. Que uero sint digitorū apud Grecos uocabula, Gellius in notis Atticis indicauit. Cælius Calceagnus, ut indicat Aleander, mauit intelligi de nominibus Daetylorū ἰδεορων, de quibus nonnihil attingemus in prouerbio: Cælius in ferro, licet in Plutarcho, ἰδίῳ legator, non ἰδίῳ.

Bonorum glomi.

XCI

Ἀγαθῶν ἀγαθῶν, id est: Bonorum glomi: de opibus extructis et affatum accumulatis. Sumpta metaphora a glo mere textorio, cui fls sunt obuoluta, aut certe ligno illo textorio, cui floriū maxima uis est obuoluta, quod idē πνιῶν uocāt. Videtur aut allusum ad uocem in Agathide et Agathi: perinde ut Thucydides i Euriptidis epigramate Athenas ὄδ' ἐξ ἄλλ' ὄδ' αὖ, uocat, id est: Græcie Græciā. Etiā si libro quinto tribuit hæc sententiā Pindaro. Et quemadmodum ἐχρεατα ἐχρεῶν, id est: postrema postremorū. Itē κακὰ κακῶν, id est, mala malorum, dicunt Greci: quam quidem figuram Latini non agnoscunt.

Remacu tegitiffi.

XCI

Est apud Plautum in Rudente. Rem acu tegitiffi pro eo quod est, rem ipsam diuinasti, nihil aberrans. Metaphora sumpta uideri potest a lusu quopiam, in quo diuinatur, id quod alius notasset, summa acu tangebāt: aut lineam, aut calculem,

edaculum, aut aliud quiddam simile. Igitur acu tangere, perinde est, quasi dicas, ipsissimum punctum attingere, Nam mi nutissima puncta denotantur acu.

Purgatis auribus. XCIII

Purgatis auribus, pro attentis et uacuis, prouerbium respicit. Plautus in Militie:

Perpurgatis ambo danus tibi operam auribus.

Horatius in epistolis.

Est mihi purgatum crebro qui personet auiem.

Persius quinta Satyra:

Stoicus hic auiem mordaci lotus aceto.

Nam fordes in auribus collectæ auditum hebetant, exemptæ reddunt acriorem.

Purior clauo. XCV

Αυριότες ὄντες. id est: Purior gubernaculo. Comparatio prouerbialis de re uolentem inculpata, aut moribus indequaque integris et incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus ablutur, ut nihil forditum possit habere. Adagium refertur à Suida.

Decalcaria in carbonariam. XCVI

Quoties fit, ut à re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicitur: siue quæ ex uno malo in aliud diuersum incidimus. Tertullianus libro de carne Christi: Igitur, inquit, de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, à Marcione ad Apellè. Huic non dissimile est illud Ciceronis in oratione pro Murena: Respondeo igitur Posthumio primū, qui nescio quo pacto, mihi uideatur pretorios candidatus in consularem, quasi defultorius, in quadrigarum curriculum incurrere.

Datyli dies. XCVII

Δατύλιος ἡμέρα. id est: Datyli dies. Vibres feliciter successerunt. Sumpsum à Datylo quodam qui apud Athenenses summus est honores consecutus.

Monstrum alere. XCVIII

Monstrū alitur, ubi qd oculi uitij latere significamus: haud scio, an inde supra metaphora, qd monstrā ob pudorē clāculū alitur et oculi alitur. Stigidē Fāphilus i Andria Terentiana, qd prius repudiatus gener, rursus ad affinitatē repetere retur, suspicās aliquid esse uitij in puella qd celaretur: R epudiatus, inquit, repeto. Quāobrem nisi id est, qd suspicor, aliquid monstrū alit. Ea a quoniā nemini obruidi pōt, utur ad me.

Non curat numerum lupus. XCIX

Prouerbium sapit Vergilianum illud in Bucolicis: Hic tantum Boreæ curans frigora, quantum Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Recte dicitur in hominē impudenter furacem. Extat hodieq; uulgo istatū adagiū: Lupus nō ueretur etiā numeratas oues deuorare. Porro fures paulo timidiore cōsueuerunt à rebus numeratis abstinere manū metu, uidelicet, ne hoc indicio deprehendantur. Huic affinis iocus ille facietis in seruis furacē, cui nihil erat domi, neque clausum, neque ob signatum.

Ipsis placet. C

Αὐτοῖς ἀρέσκει. id est: Ipsis placet. Vbi rē parū nobis probari, aut causam, nihil ad nos pertinere significamus. Terentius i Andria: Mihi nō fit uerisimile. At ipsi cōmētū placet. Nō admodū abluat ab illo, siuū cuiq; pulcherrū. Suis quisq; cōsilijs, siueq; sententijs blāditur. Huc pertinet illud apud Homerū frequēs: ἰὼν ἄνε θυμῶ. id est: Placuit dno. Itē illud apud comicos: Sic labiū est animo meo. Et apud Vergiliū: Dijs aliter uisum.

Plato libro de legibus tertio, rē hūi hoc prouerbium,

Spartam nactus es, hanc orna.



Μὴ ἐλαχες ἀώστειν νόμῳ. id est: Spartam quam nactus es, ornā, siue administra. Admonet adagiū, ut quāuisq; pronunciam crimus fortinacū, ei nos accōmōdemus, proq; huius dignitate nos geramus. M. Tullius ad Atticum, lib. quarto, epistola sexta: Reliquum est: ἀώστειν νόμῳ τῶν νόμων. Non me hercle possum. Et Philoxeno ignosc, qui reduci in carcerem maluit. Idem ad eundem libro primo: Eam causam, quam mihi dicis obligis, ἀώστειν, non modo nunquam deseran, sed etiam si ab illa desera, in mea pristina sententia permanebo. Theocriti Scholastes indicat allusum ad hoc prouerbium in Hodoeporis.

Αὐτοῖ μοι ποτέρισε, ἢ αὐτοῖ βοουκολιάσθου. Τὰν σαυτῶ πείρω ἔχει τὰς δούρας, id est: Mecum i sibi certa, simul i sibi pacto tauras.

Et terram calcans propriam, ne desere queruas.

Prouerbium igitur ad uarios usus licetib accōmodo: uel cū adnōnēbimus, ut sua quisq; persona, quā suscepit cū decore tueatur. E piscipos es, ne satrapā agas, sed episcopū. Marius es, cura que marii sunt officia. Aulicus es, aulicū age. Iudex es, ne iam amicum, aut inimicum, sed iudicē agas. Principatus tibi cōtigit, principis officio fungere. Priuatus es, ut priuati tē gere. Sic promōdū usus est Aristophanes: Nā hūc inscribitur comœdia, cui titulus, Θεμοφορίζουσα.

Χρὶς ἴσταινὼ ἀνδρα πρὸς τὰ δόματα. Ἀδ' ἴσταινὸς ταῦτα τὸς ἴσταινὸς ἔχει. id est: Decet poetam accommodari moribus.

Vt inque ad argumenta, que tractauerit.

Vel eum inebriamus inuimqueq; sua forte contentū esse oportere, quæcūq; cōtigit. Quem admodū enim peritus gubernator, in omni tempestate bonum præstat nauicrum: ita uis sapiens in omni fortuna sapienter se gerit. Est amplius res familiaris, sapienter administra. Non est, utere paupertatis commodis. Contigit eruditio, utere ad bene uiuendum. Non contigit, ne maceretur, sufficit pietas ad consequendum salutem. Plutarchus in commentario πρὸς τὴν εὐθυμίαν, admonēs, ut suā quisq; fortē boni consulat: ἀώστειν, inquit, ἐλαχες ταύτην κόσμη. id est: Sparta tibi obuenit, hanc orna. Quod cōsine est illi Platonico: τὸ ἄσπρον εὐ ἡλεθῶν. id est: Quod presens est, bene dispone, siue boni cōsile. Hanc sententiam passim in principum aulis inculpi oportuit, ἀώστειν ἄνε χρεῖς ταύτων κόσμη: quorum uix illum reperis, qui uere cogitet, quid sit principis agere personam, quise sua ditione cōtensus, non conetur aliquid imperij sui finibus addere: Principis munus est modis omnibus reipublice commo dis prouidere: publicam tuam libertatem alere pacem: excludere quān minimo suorum ueritio maleficia: dare operam, ut sanctos et integros habeat magistratus. Cum igitur harum rerum securus, iudicē alea, saluati, forator, musicator, uenator, negociator, breuiter, alibi intentus est totus, uim occinendam est adagiū, ἀώστειν ἐλαχες, ταύτων κόσμη. Rursus ubi neglecta, que contigit ditione, fors agit, alienis inhiant imperijs: suos in summum adducit discrimen, suos exhaurit funditus, scq; pariter et uniuersam fortunam aleæ belli subicit, ut unum aut alterum oppidū adiciat suis finibus. Tum fuggerendum adagiū: Spartam nactus es. Nihil principi pulchrius, quān ut hoc quicquid est regni, quod fortuna dedit,

sua sapientia, virtute, diligentia reddat ornatus. Cōtigit op-
pidulū: imitator E paminonā: sic ut frigidū illud oppidulum
tua opera multo reddat celebris ac locupletius. Cōtigit Fe-
ra & intrāstabilis natio: da opera, ut eā paulatim cicare &
legibus obiecterantē reddas. Cōtigit regnū parū splendidū:
noli uxare finitimos, sed hoc quod habes citra alienū detri-
mentū, exorna. Vix unquā feliciter existit, peregrine ditionis
affectatio. Quasdam nationes, ingenū, ac lingue sonus disere-
uit, ut Germanos & Hispanos: quosdā ipsa natura didicit,
ut insularis mari, i talos mari simul & Alpiū montibus. Non-
nullus casus suos terminos dedit. Si quisq; quod nactus sit, ni-
tatur ornare, nimirū ubiq; floribunt omnia. Et inter amicos
nempe Christianos, omnia erunt omnū cōmunia. Nūc sepe-
numero fit, ut dū aliena labeficāre nitimur, nostra funditus
subvertantur: ut felicitatē cedat verū, tanto nostrorū citiūm
sanguinē, tantis sumpptibus, tot periculis, tot sudoribus, tot
orbantibus, tot deniq; nunquā enumerādis malis, eminus titu-
lū nescio quem inane, & magni nominis finitū. Xerxes,
Cyrus, Alexander Magnus, & utriq; ditius, & verio-
rem gloriā essent cōsecuti, si suas ciuitates recte administra-
re, quam alienas armis uocare maluissent. Carolus Burgun-
dionum dux, huius proaux, si uim ingenij quo pollebat, si
magnitudinem animi contulisset ad sua locupletanda potius
quam ad expugnāda aliena, nec infelicem moriē oppetisset in
bello, & inter laudatissimos principes haberi poterat. Ma-
gna pars nostræ ditionis id temporis fandi quadam peste te-
nebatur. Stultissima uidelicet, sed omnū perniciosissima dis-
sentione, omnibus in duas factiones diuisis: quarū alteri nomē
erat ab hano, alteri a pisce asello. Pugnatat ciuitas cum ciui-
tate, iucis cum nico, donus cum dono. Sepe, quos idem le-
dus ungebat, factio diuersa sequebat: ut fratre a fratre,
rupis naturæ uinculis distrabebat. Passim latrocinij, iurgij,
caedibus, rapinis seruebat omnia. Et interim bonus ille prin-
ceps, perinde quasi hec nihil ad rem pertinere, procul alio-
rum oppugnabat moenia. Carolus Galliarum rex, huius no-
minis octauus, peragrata Italia, reuersus est ad suos: sed tanto
suo, suorūq; malo ac periculo, ut pauentur eius felicita-
tis. Denique sunt quā affirmēt eum ad senectutem peruenire
potuisse. si Italiam Italici reliquisset. Quid dicā de Philippo,
huius Caroli patre? Adijt Hispaniā, nō Martis alē exper-
torus, sed accersitus ad regni partem capeffendam, pacata
indiq; oia. Et tamē hāc tam felice peregrinationē, quam seua-
uit patriā, nō frenandis exactionibus expulset. Ipse magno ste-
periculo, nō semel laborauit. Franciscū Bassidiū archiepi-
scopum Byzontinū amisit, uirum modis omnibus incōparabili-
lem. Sed tamen utcumq; redijt, non licuit ipsam illē in ea de-
ferri. Denuo reliquit suos, iustissima iactatus tempestate, delatus est
in Angliā, in temporis nō admodū equā nostratibus. Quid
illuc acciderit, quid passus fuerit, quod pollicitus, quo pacto
dimissus sit, nō libet cōmemorare. Seruiuit necessitati, fātor
& ignosco: sed quid erat necesse, in eā uenire necessitatem?
Nec ijs admonitus malis, de repetēda patriā cogitauit. Hispa-
niæ reuulsēde erat, ubi periret uicinis ad res maximas natus,
nisi ipse sibi suā inuadisset felicitatē. Atq; uix hominis mors
simul & patriā optimo principi, & Maximilianum unico
orbauit filio. Quid dicā de Christianissimo Francorum rege
Ludouico, eius nominis duodecimo? Adortus est Venetos, id
tempus, ut uidebatur, inexspugnabiles, unico cōsilio tot oppi-
da restituit Romano pontifici Inlio, tot imperatori Maximi-
liano, tot sibi recepit. Redijt rebus felicissime, sicuti uideba-
tur cōfēctis. Verū quantum malorū pelagus hinc exundauit in

Gallorū: qui suo sanguine tot insignes inuiphos Iulio peperer-
unt, eiusdē opera, matore sanguinis lactura, ex Italia finibus
ciecit, parū hoc, & quo nō tantē ignominie stigmatē nota-
uit? Quid ni Iulius mors interceptisset, nihilsem regnū illud
totius orbis florentissimū funditus euerfuit. Quid autē de se-
renissimo Scotorū rege Iacobo cōmemorē? Is ur abfoluā fo-
licitatē, absolute laudi adduxerat, si ppetuo suis se finibus cō-
tinuisset. Erat ea corporis specie, ut uel procul regē posses
agnoscere. Ingenij uis mira, incredibilis rerum omnū cogni-
tio, inuicta animi magnitudo, uere regia peffiorū subtilitas,
summa comitas, effusissima liberalitas. Denique nulla uirtus
erat, que magnū deceret principē, in qua ille nō sic excelle-
ret, ut inimicorū quoq; suffragio laudaretur. Cōtingerat ixor
Margareta, serenissimi Anglorū regis Henrici octauū soror:
ea forma, ea prudentia, ea in mariū charitate, ut nō aliam
in superis optare potuisset. Regnū Scotie, quod multis & opi-
bus & celebritate incolarū, & splendore fertur cedere: sic
suis uirtutibus illustratā, sic iuxerat, sic ornarat, ut uerum
egregij principis laudē meruerit, si intra hoc glorie sue sta-
dium cōstitisset. Sed o nūquam felicem regno, yaro principi,
regis discesum. Dum nimis amico in Gallorū regē animo,
quo Britaniæ regē magnus uerū nimis Gallias impetientē auer-
teret, & ad insule sue defensionē reuocaret, egressus regni
sui fines, Anglos bello lacefit. Quid multi? Fortiter quidē,
sed infeliciter perijt, non tam sibi quān regno. Perijt adhuc
euo uigēs. Diu Scotia tanto principi, diu Margareta tali ma-
rito, diu filius: nā filius ee sustulerat, tali patre suū potuisset,
atq; ipse iucissimū & his oibus & sua gloria, nisi sibi uitiā
inuadisset. Cæsus est nū cum fortissimo patre filius, & filius
eo patre dignissimus, Alexander archiepiscopus, titulo diu
Andree: iuuenis quidē uiginti ferme natus annos: sed in quo
nulla cōsummati uirū laudē desideraret. Mira forme gratia,
mira dignitas, heroica proceritas, ingenij placidissimū qui-
dem illud, fed tamē ad cognitionē omnū disciplinarū accer-
simū. Nam ubi suū cū eo quondā in iorbe Senensi domestica
cōsuetudo: quo tempore a nobis in rhetorū præceptis, Gre-
cancicūq; literis exercebatur. Deū immortalem quā uelox,
quā felix, quā ad quāuis sequax ingenio, quā melis si-
mul cōplecti poterat. Eo dē tempore discebat iurecōsultorū
literas: nec eas admodū gratas, ob admixtam barbariem &
odiosam interpretū uerbofuitatē. Audiebat dicendi præcepta,
& prescripto themate declamabat, pariter & calami exer-
cens & linguā. Discebat Græcæ, & quotiēd quod traditum
fuerat, stato reddebat tempore. Horis pomeridianis, musicis
operā dabat, monochordijs, tibijs, testudinū. Modalabatur
& uoce nōnunquā. Ne ipsū quidē cōiuij tempus sudiorū
uacabat fructū. Sacrificijs perpetuo saluorū aliqūe libri reci-
tabat: puta decreta pontificū, aut diuū Hieronymū, aut Am-
brofium: nec unquā recitatū uox interrumpebatur, nisi si quid
alteruter doctorum, inter quos medius accumbabat, admo-
nuisset: aut ipse parum asscquens quod legebatur, sciscitatus
esset aliquid. Rursūm a cōuiuio fabule, sed breues, & he
quoque literis condite. Proinde nulla omnino uite pars uac-
abat studio, nisi que rei diuine, somnoq; daretur. Nam etiā
quid superfuisset temporis, quod tam uarijs studiorum uici-
bus nō suppetebat: tamen si quid forte supererat, id histo-
ricorum lectiōni dabat. Nam hac cognitione precipue ca-
piebatur. His itaque rebus factam ee, ut adolefcentibus nix-
dum decimum octauum egressus inuicū annū, tantū in omni litera-
rum genere cōsecutus fuerit, quantum in quouis uiro iure
murerit. Nec illud in hoc uis uenit, quod ferē solet in alijs, ut
ad literas

126.

mes

126.

ad literas felix, ad bonos mores minus esset appositus. Verendum mores erant, sic tamen, ut miram agnosceres prudentiam. Animus sublimis, et ad fordidas istas affectibus procul semotus: sed ita, ut nihil ad se ferocitatis, nihil fastidij. Nihil non sentiebat, per multa dissimulabat: nec unquam ad transcendendum poterat incitari. Tamen etate naturae lenitas, animiq; moderatio. Salubris impendio delectabatur, sed cruditis ac minime dentatis, hoc est, non nigro Momi, sed candido Mercurij sale tinctus. Si quid turbae domi natu fuisset, inter famulos, mirum quanta dexteritate, quotq; candore solius sit co ponere. Denique religionis erat et pietatis plurimum, superstitionis nihil. In summa nemo fuit dignior, qui ex rege, et ex illo rege nasceretur. Vtinam autem in parentem pietas, quam fuit admirabilis, tam fuisset et felix. Comitatus est in bellum, ne usquam patri deesset. Quae so quid tibi cum Maeuore, omnium poetico rum deorum stupidissimo: qui natus, in d quo Christo eras initiatus? Quid isti forma, quid isti aetati, quid naturae tam miti, quid ingenio tam candido, cum tarantaris, bombardis, et ferro? Denique quid crudito cum actet? Quid episcopo cum amicitia? Imposuit nimirum tibi immo dicca quae da in parentem pietas, dumq; nimis fortiter amas patrem, infeliciter cu patre caesus occubuisse. Tot naturae dotes, tot uirtutes, tot eximias spes, unica pugne procella absorbuit. Perijt et nostrarum reru nonnihil. Nempe quod in erudiendo te sumptuosus opere, quodq; mea partum industria mihi in te iudico. At quatus felicitatis cumulus, nisi genius aliquis malus regē huc impulsisset, ut regni sui limites egres sus, in alienis agris cum ferocissima gente Martem experiri uellet. Vtinam quod praeclearē cōperat, perficere maluisset, hoc est, καὶ ἄγαν ἢ ἢ ἔλαττο κοσμήσθαι. Regibus proprius ac pulcherrimus laudum campus intra regni fines est. In apu gente caetera quidē huc et illuc uolatu diuagatur, solus rex, ut aculeo caret: ita pro portione corporis alas habet multo minores, ut ad uolatu parū sit idoneus. Veteres ita Venere m fingebāt, ut pedibus testudinem premeret: id iuuenetes, matrem famulās ab aedibus nusquam oportere discedere, quippe cuius omne officium intra domesticos parietes continetur. Atqui multo magis ad rem pertinebat, principem hoc admo neri symbolo: qui si quid peccat, non unius familiae, sed orbis totius malo peccat. An parum est domi negotiorum, ut fors sint accersenda? Tanta est ubiq; scelcrum sentina, tot sacri legia, tot latrocinia, tot oppressiones, tot iniuriae, tot contumelie, tot magistratū corruptela, tot leges, aut a tyrannis instituae, aut in tyrannidis ministerium detorte, ut illa minu tiora ne dicā, neglectas oppidorū uias, collabentes aedes sacras, incuratas fluminum ripas. His ita mederi, ut in remediū quam minimū de sanguine tuorū impendas, ut res publica be neficium sentiat: non sentiat impendiū, an nō egregiū princi pis munus, et immortalis laude dignū? Quod si cupis omni no gloriae tuae pomeria ultra dititionis tuae fines extendere, fac ut qui finitimi sunt, magnitudinem tuam benefactis, nō male factis experiantur. Exaris uillas, proteris segetes, demoliris urbes, abigis pecora, trucidas homines, atque ita denique te magnū de claras. Bellū certanē, si id cum latrone suscipisses. Hesiody scripsit, malum uicium, magnam esse noxam: con tra bonum, ingens esse comōdum. Hoc in te probent finitimi tui: fac ita te mirentur magnū, ut ament benignum. Verum satis iam dolori nostro, satis datum discipuli memoriae. Sus perest ut ad prouerbiorum recensitōnem redeamus.

Contingit & malis uenatio. II

Διδόται ἢ κακοῖσιν ἄγαν, id est, Contingit et ignas

nus ē uenatu praeda, ubi qd feliciter obtigit immereti, quodq; fortune magis, quam illius industrie sit accepti serendum. Allegoria sumpta ē uenatu, in quo uel praecipue dominatur fortuna. Virtus minimū adfert momenti. At eruditio nemini cōiungit ni labore parca. Regū obicium dormientibus, opes affluunt, cessantibus noniungit: honores accidit etiā fugie tantibus: caeterum quae uere bona sunt, nostra industria parca tur oportet. Suspicio inde nati, quod olim mos fuerit, quod uenatu captum esset, omnibus imparti, etiam immerētibus. Ita Theocritus in piscatoribus: ὧς ἢ τὰν ἄγαν τοῖς ἔλαττο ἄνθρωποις, id est, Sic ut uenatum parti insonnia cuncta. Prouerbiū refertur ad Suida.

Ire per extentum. III

Prouerbiali figura dixit Horatius: Ire per extentum finem.

Pro eo quod est rem factu perquam difficile prestare: neque uel tantillū aberrare. Sumptū ad finābulis, ut Acroni placet, qui nō sine summa arte, summoq; usu, per finē protēsum in grediantur. Queres, sicut cōiungere licet, prisci ingētū mira culo fuit. Hodie nihil uulgatius.

Horatij carmen hoc est:

Ille per extentum finem mihi posse uidetur Ire poeta, meum qui pectus intanter angit.

Annus est. IIII

Arbitror nemini dubium fore, quin illa quoque inter pro uerbales hyperbolas referri debeat: Annus est, seculum est, atque id genus alia. Tercientis in seipsum exarclant: Et no sti mores mulierum. Dum coniuntur, dum moluntur amus est. Idem alibi: Iandandum aetatem, pro admodum dudum. Plautus in Asinaria: Aetatem uelini feruere, Libanū qui con ueniam modo. Et seculum est, quod nihil abs te redditur lica rarum. Proinde tempus praelongum huiusmodi figuris si gnificabimus.

Dies adimit agritudinem. V

Menedemus in ἔκδοτον ἡμωσφορμῶν Terentiana, no minatum adagij uice refert: Aut ego, inquam, profecto inge nio egregie ad miseriam natus sum, aut illud falsum est, quod uulgo audio dici, diem adimere agritudinē hominibus. Eo dem spectasse uidetur Sophocles in Aiaec flagellifero: ἔξδόν τ' ἄγαν ἢ μάλιστα θεός, id est, Tempus enim facilius deus.

videlicet quod omnia leniat, molliatq;. Ouidius: Quod male fers, assuesce, feres. Bene multa uetustas Lenit. Euripides in Alceste: ἔξδόν τ' ἄγαν μάλιστα σέ, id est, Tem pus dolorem leniet.

Lucernam adhibes in meridie. VI

Λύχνον ἐν μεσημέρῳ ἔστησας, id est, Lucernam accendens in meridie, id est, facis non suo tempore. Aut explie cas, quae per se sunt clarissima. Quorsum enim lucernae opus clarissima luce? Nā ut uideri potest ad ridiculo Diogenis fa cto, qui adhibita interdum lucerna, rogatusq; quid nam sibi uellet, respondit: ἀνθρώπων ζήτησ, id est, Hominem quero, quem admodum testatur Diogenes Laertius.

Soli lumen inferre. VII

Quintilianus institutionum oratoriarum libro quinto, titulo de usu argumentorum, simillima huic figure dixit, cum soli lumen inferre, qui rem per se euidentiſsimam cona retur argumentationibus probare. Videtur idem cum illo, quod alio retulimus loco: ἄλλο τὸ φῶς δ' αὐτοῖς ζῆται, id est, Soli mutare lumen.

Zoili.

VIII

Zoili aude quidem, sed parum felix mordacitas provero locum fecit, ut iudgo Zoili uocetur, alienarum laudū obrectatores, & alienorum laborum reprehenses, Martiali: Pendente uolo Zoilum uidere.

Hic Zoilus sophista quispian fuit hoc facinore potissimū nobilitatis, quod Homeri poetarum omnium principem ausus est libris aliquot in eum scripsit, incesere: unde οὐκ ἐμοὶ μάλιστα γινώσκοντες meruit, quod ipsum etiam abiit in prouerbium: sic enim appellari cepti nobilitatum oratione castigatores, uel Plinio testre, in presertione historie naturalis. Et Vergiliomastiges, quoru de numero fuit Pero, Zoilus igitur commentarios in Homerum copiosos Ptolemeo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingenis uidelicet premium a rege speras. Verum cū nihil mireretur, pemria coactus, misit, qui peterent. Ibi Ptolemeus ait semirari, cū Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret, Zoilum egere, Homero doctorem. Denique per occasiōnem supplicio affectus est. Quamquam de mortis genere, diuersa tradunt auctores.

Bona Cillicon.

IX

Ἀγαθὰ κιλικῶν, id est, Bona Cillicon, subaudiendum facit, aut habet, Cōuenit ubi quis malefacit ac fixis artibus sibi parant oper. Hinc adagio locum fecit Cillicon quādam, natione Milesius: qui prodiu Prienensibus, Mileto patria, ampliter quādam, sed fœde ditatus est. Is cum proditione motiens rogaretur, quid nam esset facturus, respondit: πάντ' ἀγαθὰ id est, Omnia bona. Vnde prouerbium effertur etiam ad hunc modū: πάντ' ἀγαθὰ ὡς ἔργα κιλικῶν, id est, Omnia bona, uelut inquit Cillicon. Auctores Suidas & Zenodotus. Alludit hic & Aristophanes ἐν εἰρηλῶν. Οὐδὲρ ποικρόν, ἀλλ' ὅπλ' καὶ κιλικῶν, id est, Mali nihil, uerum quod inquit Cillicon.

Plumbeo iugulare gladio.

X

Plumbeo iugulare gladio, est futilli leuq; argumento conuincere quempiam. M. Tullius ad Atticum: Cum illi plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem in libris de finibus bonorum, frigidū argumentū, plumbeū appellat pugionem.

Leonem radere.

XI

Λέοντα ζυγῆν, id est, Leonem radere dicuntur, qui ferro est & prepotentes arte trahant & illudū magno suo periculo. Vt sapauit hoc adagium Socrates apud Platonem, lib. de Rep. primo, negans se usque adeo dementem esse, ut leonem ausit tondere: & Thrasymacho, homini preseroi illudere. Nam agni citra periculum tondentur, uelunturq;: leo nullo modo trahari uult. Ad hoc adagium alluisse uidetur Martialis Epigrammatum libro decimo, cum ait:

Quare si pudor est, Ligella, noli Barbam uellere mortuo leoni.

Verit enim poeta in iocum, quasi tuum esset & ignauum, leonem iam non sentientem uellere. Per leonem autem inuanti pudenda uulueria, iam emortua senio. Id Aristides in Panathenais, ad Periclem a Platone iocatum refert: Ως ἔστιν καὶ μὴ λέοντα ζυγῆν ἐπιχειρῶντων, οὐ δυνάμει μωροῦ συνορωτέρῃ ἐπιχειρῶντες, ἀλλὰ κομμοφῆν πρὸν λέοντα καὶ ταύτην δ' ἐλπίδα, id est, Ita que uide, ne leonem radere conentur, non Thrasymachum calumniari uolentes, sed Periclem taxare, pro fertim de timiditate.

Ne mihi Suffenus essem.

XII

Ne mihi Suffenus essem, ne mihi ipse blandirer, ac stulte meipsum admirarer. Suffenus erat poeta longe ineptissimus, in aliorum uitia dicax, ad sua cecus, Itaq; prouerbium rece-

ptum, ut qui sibi inaniter placent, Suffeni dicentur.

Catullus in epigrammate:

Idem infacito est infacitor rior, Simul poemata attigit, neq; idem inquam Aequo est beatus, ac poema cum scribit, Tan gaudei in se, tanq; se ipse miratur.

Ibidem:

Quem non in aliqua re uidere Suffenum possis.

Suffeni simillimum Meuium facit Horatius, suis ignoscentem uitijis, aliena mordacissime infacientem: Ego meti mi ignosce Meuius inquit.

Siculus ompachizat.

XIII

Σικελὸς ὀμπάκιζα, id est, Siculus ompachissat. Omphaca & Greci dicunt uiam acerbam & immaturam, ὄφι τὸ ὠμόν ἐσθ' ἄρα γὰρ, id est, Quod crudi comeduntur. Vnde dicitur in eos, qui quantumlibet uilia tollerent fiero. Ductum à feracitate Siculorum. Non perperam dicitur & in illos, qui ob immo dicant & preperam auaritatem, quo pusillum luelli faciant sibi, damnum ingenis alijs inferant. Sunt qui credant quadrare posse in eos, qui bellissima queque sibi decerpunt: ut Syrus ille Terentianus, Zenodotus ait ex Epicharmo sumptum. Refertur & à Suida.

Anus simia fero quidem.

XIII

ἄνος ὡιδικὸν ἀλισκεται ἄβι, μετὰ ζῶνον δ' ἀλισκεται, id est, Anus simia fero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi uersutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat penas.

Secundo aestu.

XV

κατὰ τοῦτο προχωρῆν, id est, Secundo aestu procedere. Prouerbialis & frequens apud auctores metaphorā. Sumpta à nautis, quibus facilius cursus, cum flumen, aut etiam maris aestus secundus est. Lucianus in Ioue tragœdia τῶντι ἄλλ' ἴδου καὶ ἴδου προχωρῆν τῷ δ' ἀμύδι, id est, Hæc iam Damidi secundus aestus succedunt. Idē alibi: τὰ δ' ἄλλα καὶ ἴδου φέρει id est, Reliqua secundo feruntur aestu. Quamquam hic paulo diuersus est usus. Mōtus enim deos incusat, quod negligant res mortalium, simentes eas ueluti prono flumine, quolibet ferri. Proinde καὶ ἴδου φέρει δαῖτα dixit tenere ferri, nullo moderante. Aeschylus in Persis: Οὐδ' ἔρ δ' ὁ δ' αἰμάων εὐφῶν παροιδῶν τὸν αὐτὸν αἰσι δ' αἰμάων οὐγῆρ' ἵχνας, id est, Fortuna sibi fuerit secundā, credere, Fore item secundam semper atque eodem modo.

Secundis uentis.

XVI

Ἐξ οὐγῆς φέρει δαῖτα, id est, Secundo ferri uento. Refertur à Suida. Secundis uentis nauigare dicitur, cui res ex sententia succedunt. Greci uentus, ἴς, οὐγῆς, tanquam à puppi. Libanius sobrius in declamatione quadam: Οὐτὸ γινώμεις ἔχουσι, ἴς, οὐγῆς ἢ ἴς τὰ πρὸν γινώματα φέρει δαῖτα, id est, Qui sic animo sunt affecti, ijs solent res ex sententia succedere. M. Tullius epistolarum ad Atticum, libro secundo: Quid si etiam Cæsarem, cuius munus uenti ualde secundū sunt, reddo meliorem? Plautus in Bacchidibus: Nichire hec cōfertur uentis, sentiens rem comode procedere. Apud eundem Terentium, qui hero triemulum absente, genialiter interim, ac sanè mæstice uixit: at tuā cum filio: tandem hero reuerſo, cum preter cruceum nihil speraret: Nunc, inquit, uentus nauim deſcrit.

Horatius in sermionibus:

Non agitur tumidis insis aquilone secundo

Non tamen aduersis etiam dicimus austris.

Quin hoc ipsum naufragiam, pro infortunio prouerbij iam habet, sicut & incendium. Quandoquidem autem pleraque

A

Homeri,

Homeri, prouerbiorum uice sunt usurpati, quid uentus est illud inter adagia referri, quod est apud eum poeta perquam frequens: *ἄνεμος ἄνεμος τὸ καὶ ἰδὸς*, id est, *frons est uentus est astus*.

Quoties res ex omni parte feliciter procedit. Item illud crebrum apud eundem:

τὸ δὲ ἄνεμος τὸ κυβερνήτης τὸ ἄνεμος, id est, *Ast illam, uentusque gubernatorque; regebat.*

Cum ad fortunam fauorem accedit etiam industria.

Parni scaphula. XVII

τὸ πάριον σκαφίδα ἰσὶς id est, *Parni scaphula.* Conuenit in eos, qui ob res minutulas multum litium, et querelarum momentum. Sumptum a Parno quaerulium, qui ob nauiculam creptam, populo molestissimus fuisse legitur. Autor Diogenianus.

Ne puero gladium. XVIII

μη ποιδί τὸν μάχαιρον, id est, *Ne puero gladium, subaudiendam, commiseris.* Allegoria prouerbialis, admonens non esse mandandum potestatem, uel adultiscentibus, uel imperitiis, ac stultis: qua tum in suam, tum aliorum perniciem fuit abusuri. Ne iuueni commiseris administratione pecunie. Ne puero gladium. Ne regnum impuberi. Ne puero gladium. Ne stulto concionandi apud populum partes delegaris. Ne puero gladium. Ne magistratum mandaris stultis. Ne puero gladium. Ne inuadito, parumque cordato commiseris episcopi munus. *μη ποιδί τὸν μάχαιρον*, Plutarchus in libro, cui titulus: *Ὁ δὲ καὶ γυναικας κινειας ποιδιθτορ*, citante Stobaeo: Nam is liber nondum emerit in lucem. *μη ποιδί μάχαιρον ἢ παρομιλα φασιν*. Eγὼ δὲ φαίλω ἄρ, *μη ποιδί παστορ*, *μη δὲ ἀνδρὶ ἀποιδθτορ*, id est, *Ne puero gladium, ait prouerbum. Ego uero dixim: Ne puero diuitias, nec uero imperitiam. Significat pecuniam pestiferam adultiscentibus, uero insensitiuam. Item in problematicis Symphacis: Εἰδὲ μη, θστορ ὠανος πασιρ ἀρεμερ μη δ'αυαριδοις, αὐ δ'οεγ καὶ ζιφος, ἀλλὰ παλαγγιρ Ἐσφαζαρ*, id est, *Sin minus, dare oportet, ueluti pueris non ualentibus conqueescere: non hastam, aut ensam, sed crepissiculum, aut spheram.* V surpauit et Athenaeus libro de philosophiarum quinto, in philosophum, cui commissum esset imperium. Non igitur quaeque diuersum est ab hac forma, quod eleganter simul et grauitate dictum est ab Henrico Britanniae rege, eius nominis septimo, uero tum acri iudicio, tum Laconis dictis mire ualentis, cum theologum quempiam ex horum genere, quos mendicantes uocant, concionantē audisset: isque effreni lingua in principum uisum, magna non libertate, sed in insana debacchatus fuisset. Nam sunt, qui hac quoque uia, finem affertent. Videbatur, inquit, feruosi manibus commissus gladius.

Lindij sacrum. XIX

Αἰνδοι τὸ δουσιον, id est, *Lindij sacrum, subaudi, faciunt.* Dicebatur in eos, qui in inspicato rem diuinam faciebant: Sumptum ab historia, cuius meminit etiam Laetantius in institutionibus Christianae religionis, lib. primo. Hercules olim agricolae cuidam Lindio duos boues per uinum eripuit: et maesta illis, conuiu sibi parauit. Senex autē Herculi comedenti: cum nulla in eum maledicta congereret, uoluptati pariter et risui fuit: ita ut Hercules dixisse seruā, nullum unquam conuiu sibi in eandem accidisse. Sed haud ab re fuerit ipsa Laetantij uerba sub scribere. Apud Lindum, inquit, quod est oppidum Rhodi, Hercules sacra sunt: quoru a ceteris longe diuersus est ritus: si quidem non ὠφρημι, ut Graeci uocant, sed maledictis et execratione celebratur. Eaque pro uiolatis habet, si quando inter so-

lennis ritus, uel imprudenti alicui excidit bonum uerbum. Cuius rei haec ratio redditur, si tamen illa esse in rebus uisibilis potest. Hercules eū cō delatus esset, famemque patere tur, aratorem quendam affecit operantem, ab eo; petere cepit, ut sibi unum bouem uenderet. Enimvero ille negauit fieri posse: quia spes sua omnis colende terrae duobus illis uicenis nitere tur. Hercules uolentia usus: quia unum accipere non potuit, utruque sustulit. At ille infelix, cum boues suos mactari uideret, inuentionem suam maledictis uisus est, quod homini eleganti et urbano ageritissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas apparat, dumque alienos boues deuorat, illum sibi amarissime comiciantem cum risu et cacinibus audiebat. Sed postquam Hieracium diuinos honores, ob admirationem uirtutis deferri placuit a ciuibus, ei ara posita est, quam de facto, Ἐδύονγυρ, id est, bouis iugum nominauit: ad quam duo immitti boues immolarentur, sicut illi, quos abstulerat aratori, eumque ipsum sibi constituit sacerdotem: ac cepit ipsam maledictis semper in celebrandis sacrificijs iteretur, quod negaret se unquam in eum uicidum. Hicisq; Laetantiana reddidimus uerba. Zenodotus uidit, hunc apud Lindios incoleisse morem: iubente etiam oraculo, ut inter praegenda sacra, conuiuia quaedam iactarentur. Meminit huius et Gregorius Nazianzenus in orationibus selenicis. Adagium ad multos usus accommodari potest, uel ad rituosum conuiuium, uel ad rem quampiam, malis omnibus insitutam.

Megarenium lachrymae. XX

Μεγαρεῖον δάκρυμα, id est, *Megarenium lachrymae, dicebantur uel fite, nec ex uero dolore proficte, uel in adaele.* Diogenianus ad huiusmodi refert historiam. Bacchus quidam Corinthius, Clytij Megarenium regis filiam uxorem duxerat. Ea defuncta, Clytius complures uirgines et adultescentes Corinthum misit: qui in funeralibus pompis, puellam deplorant, lachrymis utiq; fictis, ut qui conducti plorant in funere, dicunt. Et faciunt propē plura dolentibus ex animo.

Contra Ituenalis,

Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris. Stuidas aliam adfert causam. Apud Megarenenses enim permultam alij copiam esse. Huius acrimonia multis exprimi lachrymas uel inuitis. Proinde apud Aristophanem, qui lachrymatior, alium ofuscere pro iocum dicitur. Igitur si ad simulatum dolorem accommodes, prouerbum affine fuerit illi: Flore ad nonercae tumulum.

Ventus neque manere sinit, neque nauigare. XXI

Άνεμος οὐτε μάνειρ ἐξ, οὐτε πλῆρ, id est, *Ventus neque manere sinit, neque nauigare.* Philoetes apud Aeschylum: *Ενδὲ οὐτε μίμνρη άνεμου οὐτε πλῆρ ἐξ*, id est, *Vbi nec manere, nec ire uentus amat.*

Simillimum est illi: Lupum aurius teno. Vfus erit, ubi quis in easterum angulis in cident, ut nec relinquere negotium sit integrum, nec absoluedi sit facultas. Mutuo sumptu meti phora a senissima uenior un tempestate, cum nauis et periculo sissima est nauigatio, neque tutum tamen ancoram iacere. Quarta uis lib. viij. citra figuram extulit hoc passio: attonitatisque aurius lupus aurius, nec progredi, nec considere aut debat. Refertur a Diogeniano.

Vulpes non iterum capitur laque. XXII

Αλλ οὐκ αὐδιε ἀλαπτει τῶν λαγυς, id est, *At non iterum*

rum imples laqueis, subaudiendum, capitur: *Quis sapit: οὐ δὴς πρὸς τὴν αὐτὸν προσερχέσθαι λιθῶν.* id est, Non iterum ad eundem offendit lapidem. *Strepit* est hominis, in malum gestulatum iterum incidere. In *Pluarchi* collectaneis effertur hunc ad modum, *Ἀλώωνες Διαφύρῃσα πῶρας αὐδῆς σὺχῆ ὀλιγοκέρως.* id est, *Vulpes* que semel effugit laqueos, non capitur iterum. Hinc autem nati natura in se est astuta, quemadmodum leonibus audacia. Sic *Pindarus* in *Isthmij* hymno quarto, *τολμᾶς ὕψ' εἰκῶν θυμῶν ἐρεβρεμέτων θύραμ λεόντων ἐν ποσσὶ, μῆτιρ δ' ἄλωωνες,* virum fortem ob robur leoni, ob prudentiam vulpi comparat.

Abydena illatio.

XXIII

Ἀβυδῶν ἰπὸν ἐπιφρόνεια. id est, *Abydena illatio, sive irruptio.* Dicit solitum, nisi quis obstreperet, aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus, et tumultu molestanti adfert. *Zenodotus* ait exire prouerbii apud *Eudoxum* in fabula, cui titulus, *Supposititius.* Atq; hinc esse natū, quod olim *Abydenis* mos fuerit, si quem ciuem, aut hospitem acciperent conuiuio: preterea in sacris ac solemnibus epulis, ut post inguentiū et coronas, infantes ad nuptialibus inducerent, circumferretorūq; suauitatem. *Vagientibus* autem et clamantibus pueris, *garrulitas* item et obstreperentibus nuptiis, conuiuii tumultuosum et inuicandum reddebatur. Ergo cum amicis aliquot suauiter colloquentibus, interuenit tabula quippiā et inmodice loquax, qui confabulationem sua loquacitate sit in amcenam redditurus, recte dicimus, *Ἀβυδῶν ἰπὸν ἐπιφρόνεια.* Tamen si in quibusdam codicibus, ἐπιφρονία legi, id est, ac clamatio: uerum, ut opinor, mendose: quandoquidem *Athenis* libro primo *Sophistarum* decimo quarto, mentionem facit huius adagij, demonstrans complurium autorum testimonij, ἐπιφρονία dici bellaria, sive fecidas mensas: ab inferendo, nō ab acclamando. Ceterum quod in nonnullis codicibus scriptum uisitur *Ἀβυδῶν ἰπὸν* minimū interest ad sensum.

Mendici peranō impletur.

XXIII

Πρωχῆς πῆρα οὐ τιμωλάται. id est, *Mendici peranō impletur.* *Zenodotus* ait ex *Callimacho* sumptum. *Sensus* per se liquet, nempe inexplebilem esse mendacitatem. Nam quod plura dederis ijs, qui animo sunt mendico, hoc plura petunt. Delecti potest uel ad improbos qui semper aliquid flaginant ab amicis: uel in diuites, quibus nihil est satis: uel in principes diuulsiuolentes, quorum rapacitate nulle plebis exilationes possunt ex parte. *Aptissime* congruit in illos, qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquisq; id genus affectibus additi sunt. Nam ijs illud euenit, ut quo intemperantius explent sese, hoc magis magisque stiant, esuriantq;. Id quod imitari etiam euan gentia per abola de filio prodigo, cui ne siliquis quidem contigit expleri famem.

Laconicae lunæ.

XXV

Λακωνικῆς σελήνης. id est, *Laconicae lunæ, subaudiendum, causaris: aut eiusmodi quippiā.* De promissis aut pactis incertis, atq; infirmis dicebatur. Nam ut diuiti, *Lacones*, si quando pactum aequillum proferrent, lunas causabantur: atq; hoc pretextu suffugiebant, quod, ut testatur *Lucianus*, legem tulisset *Lycargus*, ne prelium mirreni, nisi plenilunio. In ceteris item negocijs suspicandis, lunæ rationes superstitionis obscurabant: atq; hinc occasio prouerbij. Ad hoc, ni fallor, allusit *Ma. Tullius* in epistola quadam ad *Atticum*, cuius intui est: *Dionysius*, uir optimus libro septimo. Ego quoque quartio *Non. Ian.* compeditus dies, nolo eo die in *Albanum* uenire, molestus familie. *Veni* tertio *Nonarum.* Igitur

inde ad iarem prid, *Non. Tui* σελήνης quem in diei incipit rat, nescio: sed prorsus comoueri te, incommodo ualeitudinis tue nolo. *Quantum* haud me clam est, hoc loco in uulgatis codicibus *ἄνωγ* scriptum esse, non *σέλινης.* *Nonnulli* ἄνωγ mutauerunt: uerum sensus huc uocat, ut *σέλινης*, id est, luna legamus. Cum enim significasset, quos dies obseruasset, aut delectisset ipse, ueluti *superstitiosior*, adiecit de *Aetico*, luna lunula, in quem incidit diem, nescio, lunens et in illius superstitio: sed ita tamen, ut ualeitudinis rationem haberet uelut ab *Attico*. *Conuenit* eam eo, quod alius recessimus: *Accessi* luna.

Lucerna pinguior, & lecytho

pinguior.

XXVI

Λιγνότερος λυχνία. λιγνότερος λιχνῶν. id est, *Pinguior lucerna, pinguior lecytho.* *Videtur* iromata pro uerbialis, in eos, qui cum edaces, nihil tamen inde sunt habitiores, quemadmodum *lucerna* plurimum absument olei, neq; tamen sit unquam saginatio. *Fortassis* non absurde deflectetur in homines crasso iudicio, aut hocu deditos, aut uoluptarios. Refertur a *Diogeniano*.

Ad mensuram aquam bibunt, citra

mensuram offam comedentes.

XXVII

Μέτρον μὴ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρη ὃ μέτρον ἔδοντες. id est, *Ad mensuram bibentes aqua, citra mensurā offam edentes.* *Zenodotus* scribit hunc uerficulū oraculo proditum in *Sybaritis*, in uulgi sermonem abijisse, qui ob immoderatum luxum a *Crotomatis* subijserunt: quemadmodum *alibi* retulimus. *Vnde* poterit accomodari, uel in eos, qui ex summis delitijs, opibusq; rediguntur ad extremā inopiam: uel in eos, qui prope ostere sunt foridā, paruisimū in rebus minutissimū, in magnis negligentes: cuiusmodi pleriq; iudeas mortales. *Est* autem uersus heroicus, qui tamen in omnibus, quos adhuc uiderim, codicibus deprauate legitur. *Restituetur* autem hoc pacto:

Μέτρον ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρεος μέτρον ἔδοντες. *Consimilis* forme est illud *Theocriti* in *Bucolicis*: *καὶ φεγγῆ ἐλιόνητα, καὶ οὐ ἐλιόνητα δῖα κῆ.* id est, *Auersum* insequitur, rursus avertatur anantem.

In toga saltantis personam

inducere.

XXVIII

Saltantis personam in toga inducere, est quippiam facere neutiquam decorum: ueluti si senex, aut theologus ineptiat. *Aut* si qui serijs miscet ludicra. *Martialis* in praefatione secundae libri: *Noli* ergo si tibi uidetur, rem facere ridiculam et in toga, saltantis inducere personam.

Inexploratus homo.

XXIX

Ἀβασάνισος ἀνθρώπος, id est, Inexploratus homo. id est, *Abasitanus*, ἀβασάνισος, ἄνθρωπος, id est, *Inexploratus*, inexploratus, non probatus. *Suidas* *Aelianum* citat autorem. *Subest* autem metaphora in *Ἀβασάνισος*, *βασάνος* enim cotidiana est, qua solet aurum explorari. *Latini* uocant indicem. *Exat* *Chilonis* dictum: *Id aurum esse homini, quod index laqueis est auro: hoc est, non aliter ingenium hominis auro spectari, quam indicem spectatur aurum.*

Abronis uita.

XXX

Ἀβρωνῶν ὄμιος, id est, Abronis uita. *Dionolliter*, ac delitiosius uentibus. *Sumptum* a moribus *Abronis* cuiusdam note *hoctarie*: quemadmodum apud nos *Apicius* et *Acipios* luxu nobilitati sunt. *Graeci* quicquid delicatū, ac molle, ἀβρωνί et πᾶσιμαςον appellant: inde ἀβρωνίαιος, *Latini* uicium et opipare uicium. Refertur a *Zenodoto*.

Inest & formicæ & Serpho bilis: XXXI
 Ενεστὶ κέρμινος κέρμινος κέρμινος ὄφελος. id est, Formicæ inest sua bilis, & Serpho sua. Admonet uicium non esse contemnendum inimicum quempiã, nec illum temere lacefferit dum; quandoquidem nullum animal tam minutũ, aut inbecillum, quod irritatum, non excædescat ira. Quadrabit & in hominibus nullis præditis uiribus; tamen uindictam molientes, ira, ut solet, animos suppeditant. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ. Bræfidus, auctore Plutarcho, cum manum in caricis temere misisset, & à mare inibi forte fortuita latente mordere, pape, inquit: Vt nullum est animal tam pusillum, neque tam inualidum, quod laceffitum, non cui fiat ulcisci sese.

Manu fingere. XXXII
 Manu fingere, est arte curaq; formare. Metaphora sumpta ab ijs, qui è cera, siue argilla fingunt imagines. Lucius Anæstus Seneca in epistolis: Quædam ingenia facilia & expedita: quædam manu, ut aiunt, faciendã sunt. I. uue. titi i Satyra septima: Exigite ut mores pueri ceu pollice ducat, Vt si quis ceras uultum facit. Tibullus libro primo: Et manibus canas fingere uelle comas.

Loquitur de tingente capillos arte. Persius Satyra quinta: Artificemq; tuum ducit sub pollice uultum.

Loerense pactum. XXXIII
 Λοερῶν σάτυρα. id est, Loerensiu pactum. De fœderis agis dictũ, cuiusmodi quondã habiti Loerenses, quod fœdere prodito, quod cum Peloponnesijs inierant, ad Heraclidarum partes defecerint. Vel, ut quibusdã placet, quod Siculus eluse rint, non præstita fide. Hæc propemodũ Zenodotus. Refertur istidem sermẽ uerbis ab Eustathio in Bæotian Homeri.

Cassioticus nodus. XXXIIII
 Κασσιότινον ὄμμα. id est, Cassioticus nodus. De moribus uasris, ac uersutis dici consueat. Cassion mons est, & eiusdem nominis ciuitas in Aegypto uicina Pelusio. Ei genti quasi genuinum ac gentilitium est, miros quosdam nodos nectere. Huic affine, quod alio diximus loco: κερκιδῶν ὄμμα. id est, Hercules nodus, quo arctissimam atq; indissolubilem amicitiam significamus: In caduceo Mercuriarum duo sunt serpentes, masculus & femina, qui medio corporum cõplexu, nodum efficiunt Herculanũ. Ab eo superne partes sic ad oculum cõemunt, ut flexu circulum efficiat, inferne simili flexu ad caducei capulum reuocantur, qua parte caudæ item cõemunt utriusq;: Hanc imaginem caducei, adhuc uidere est in nominis matibus antiquis. E quibus opinor symbolum suũ mutuatus est IOANNES FROBENIUS, typographorum huius ætatis diligentissimus: & cui plurimũ debet sacrarum literarum candidati: nisi quod extra circulum, quẽ serpentes faciunt capitibus inter se cõmities: addita est columba sceptrum insidens. Hunc nodum Mercurio consecrariunt Aegyptij, inuenientes fœdera non oportere unquam dissoluere, uerum plurimum ualere debere: unde & Herculanio cognomen additũ. Quancum Gallij, & hæud scio, an etiã Aegyptij, non alium putant Herculeum, quam Mercurium. Refertur apud Diogenianum, ac Suidam, adagium de Cassiotico nodo.

Bonus cantor, bonus cupediarius. XXXV
 Ἀγαθὸς ἄλμας, ἀγαθὸς ζωμοποιός, id est, Bonus cantor, bonus cupediarius. In utriusq; musicæ artis dictum, quã si eisdem sit hominis aures delectare cantu, & palatum cupedijs. Archidamus Speusippi filius, cum quidam sibi commendaretur hoc nomen, quod bonus esset cantor: At bic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim. XXXVI
 Plutarchus in commentariolo, cui titulus, quod pacto quis intelligere possit se profecisse, trochaicum huic pronerbitalem refert: Πρὸς εὐαίμων πῆγρον τὶ τοῦδε, μὴ ἢ πρὸς πῆγρον εὐαίμων. id est, Lapis amussim est applicandus, non amussim ad petram. Admonet uitam ad leges esse corrigendam, non contra leges ad mores nostros trahendam: esse uicid facianus, quod honestum sit: non id rectum existimemus, quod facinus. De Lesbiana regulari retulimus alibi.

Extra quærere sese. XXXVII
 Pronerbitali schemate dictum est à Persio, Satyra prima: Examenq; improbum in illa Castiges trinita, nec te que fueris extra. id est, Tuis te facultatibus metaris, nõ populari opinione: Respondeat illi, quod idem alibi dixit Tecum habita. Nam domo habemus, que proprie nostra sunt nec aliunde petenda. Qui non est contentus reũ cõscientia, sed famam spectat, is ἕξω ἐλάτῃ, id est, foras proficere dicitur. Plutarchus in commentario, qui in scribitur, quocumq; aduũ quis intelligere possit se profecisse: Ἄλλος ἕξω ἐξω ἐλάτῃ ἔτι ἢ πρὸς εὐαίμων ἐλ: nõ μόνος, id est, ad alium est illum aduic foras proficere, & opinione, famãq; duci. Huc pertinet illud quoq;, quod alibi retulimus: Ἀλλοτρίῳ βῆς ποδάριος ἕξω ἐλάτῃ. id est, Bos alienus sepe foras profeciat.

Nimirum domi multa desiderans. Porro sapiens omnia sua bona secum portat in seipso, totus teres atque rotundus. **Aliorum medicus, ipse hulceribus scates. XXXVIII**
 Plutarchus in commentario, cui titulus, quod pacto quis ab inimico inuari possit, hunc senarium ex tragœdia quapian allegat: Ἄλλωμ ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκετι βενωμ. id est, Alijs medens, at ipse hulceribus scates. In eos torquendus est, qui errata castigant, incessantq; aliena, intercutibus uitij ipsi madentes. Illud uisio tritissimum: Medice, tibi ipse medicus esto.

Tragicæ loqui. XXXIX
 Τραγικώτερον λαλῆμ. id est, Tragicæ loqui. Est uerbis uiti magnificentioribus. Est enim Tragicorũ character sublimis, amatq; tragœdia ampullas & sequepudalia uerba. Menander apud Plutarchũ in cõsolatorio cõmentario ad Apollonium: Εἰ δ' ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς νόμοις, καὶ οἷς πῆ ἡμῶς ἕσασσας τὸν ἄστρον κοινόν, ἴνα σοι τραγικώτερον λαλῶ, id est, Quod si isdem legibus, quibus & nos hausiũ cõmuniem ærem, ut tibi Tragicæ loquar. Utitur & Plato li. de republ. iij. Est subite apud Lucianũ ἐκτα γωφὶν ἰδμ, pro eo quod est, magnificentius eloqui, & rem uerbis ampliorena reddere: & φορῶν ἄλλωμ, gradus & fistulos dicere.

Tragicum tucri. XL
 Τρογυδικὸν ἔλεπφ. id est, Tragicum tucri. Nõ dissimili figura dixit Aristophanes in Pluto, πένειμ, id est, pau peritatem describens: Ἐλέπφ γατὶ μαυνικὸν τὶ καὶ ἔργωφ ἰκόν. id est, Tragicum tucri, ac friale quippiam. Quadrabit uel in fistulos uel in tristes, ac luctuosos.

Lingua iurauit. XLI
 Illud è tragœdia cecit in pronerbitum, ἢ γλῶσσαν ὄμοσας, id est, Lingua iurauit. Vbi quis non præstat fidem promissi: aut

missi: aut ubi non ex animo pollicetur. Est apud Euripidem in Hippolyto coronato: *η γλώττ' ὀυμμοχ' ἢ δὲ φρεῖν ἀνομότος* id est, iurata lingua est, animus iniuratus est. Hinc versiculum incessanter Comico coniciat. *Αριστοφάνης in Bacchis:*

η φρενα μὴ οὐκ ἐδιδάσασα ὀμώσασα καδ' ἰερόν,
γλώττην δ' ἐπιποκίσσασα ἴσ' ἴα φρενός, id est, *Aut mentem que noli per sacra iurare,*
 Linguam autem iuratum, seorsum ab animo.
 Sic et Pindarus in Isthmijs, encomio quinto, laudans quemdam cardate ueracisq; linguæ, dicit: *γλώττω δ' οὐκ ἔξω φρενών,* id est, *Lingua uero non extra mentem.*

Heri & nudiusfertus. XLII

Ἡρώδης Ὁ πρῶτος id est, Heri & nudiusfertus. Proverbiales hyperbole, tempus admodum nuper actum significans. Plutarchus in commentario de contentione ignis et aque, ἢ δὲ πρὸς ἕχθρας, ἐχθρὸς φρασί Ὁ πρῶτος, ὑπὲρ προσημειώσας, βίος, πρὸς ὅς, οὐκ ἀνθ' ὑδάτος ἔην, id est, Atqui ignis usus heri, ac modo, quod autem, sub Prometheo, ignis uia, non citra aquam erat: Et subinde apud Lucianum, nominatim in li bello de mercede seruicibus. Item Plato de legibus lib. tertio: τὰ δ' ἄλλα βίωσις πέντε πωλοῦμαι, ὅς ἔπος ἐπέμυ χθρὸς Ὁ πρῶτος γεγονότα, id est, *Quin et alia, que alijs plurima, heri, ut ita loquar, ac nudiusfertus acciderant.*

Non pluer post noctem, quæ us agrestis pepererit. XLIII

Plutarchus in commentario de causis naturalibus, uersum hunc eum prowerbio iactatum citat: *Μικρὴν νυκτὸς ἕμεν, ἥμεν τεκμήν ἀγροτέρων σὺς,* id est, *Non tam nocte pluerit, quæ anteior agrestis.* Sues cicores sapius parui, ac diuersi alie temporibus, seræ non nisi semel, idq; ipsdem sermè diebus, nimirum inuente æstate. Vnde negant fore pluuam postea quam sus agrestis peperit, nimirum exactis iam mensibus pluujs.

Cum dijs pugnare. XLIIII

Θεομαχίη, id est, Cum dijs pugnare dicuntur, qui uel natura repugnant, uel aduersus faulem necessitatem reluctantur. Sumptum a giganteum fabula. M. Tullius in dialogo de senectute: Quis enim aliud giganteum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? Euripides in Bacchis: *Καὶ θεομαχίῳ, σὼν λόγων παρ' ὀδύης ὕπο,* id est, *Cedam deis, parens tuis sermonibus.*

Fertur et huiusmodi enarius iter sententiæ prowerbiales: *Θεῶν μάχεσθ' εἰ φόνος ἐστὶν ἡμῶν τύχη,* id est, *Pugnare cum dijs, cumq; fortuna græue est.*

Celebratur et illud Homericum: *Οὐκ ἔστιν πρὸς εἰάοιμον φῶρτὶ μάχεσθαι,* id est, *Naud pugnare potest, hominum cum numine quisquam.*

Id imitatus Pindarus: *Ἄεθ' εἰ πρὸς θεῶν οὐκ ἐρίβη,* id est, *Non conuenit cum deo contendere.*

Dorica musa. XLV

Δωρικὴ μῦσος, id est, Dorica musa. De munere audis. Aristophanes in equitibus iocatur in Cleonem, quod nullam diuinam musicam discere potuerit, quam Doricam, uidelicet alludens ad notissimas harmoniarū species, Doricam, Lydiam, Phrygiam, et Boeoticam. Iudicet aut uerbo perperam deprauato, δ' ὠσοδ' ὠκεῖσι pro λαοῖσι, ὀδύσας, inquires, οὐ δ' ὠκατὴ μαδ' ἔμυ, ἢ μὴ δ' ὠσοδ' ὠκεῖσι, id est, *Iste discere*

hand potest, præterquam δ' ὠσοδ' ὠκεῖσι. Est autē Grecis δ' ὠσοδ' ὠκεῖσι, numeribus corrumpi, ut in gratiam alcius dicas sententiam: id quod Pythagoras appellat *κωμάσας* ἐπιθήρη, id est, Fabas edere. Nam antiquitus fabis suffragia serebantur, itaq; συμβολικῶς, fabas edebant, qui questum ex ea re facerent. Sic enim interpretus est quisquis fuit, qui collegit historias, quas Gregorius Nazianzenus attigit. Hesiodus item principes corrupte iudicantes δ' ὠσοδ' ὠκεῖσι, appellat, id est, dominuos.

Ne supra pedem calcuus. XLVI

Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα, id est, Ne ultra pedem calcuus, id est, ne maiora uiribus suscipias. Aut ne magnificentijs te geras, quam pro tua conditione. Lucianus in ima ginibus, *μὴ δὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔσω τὸ ὑπόδημα*, id est, Neq; maior pede sit calcuus. Rursum in proxime sequenti dia logo: ταῦτά σοι ἐκμύθη ἰδ' ὄψε, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα, id est, Hæc tibi uisa sunt inmodica, et quam pro mensura pedis maiora. Rursum in Gallo: ὄψι οὐκ ἔστι κατὰ λόγον τὸ πῶ λός, id est, Et haudquaquam iuxta pedis rationem.

Ne e quouis ligno Mercurius fiat. XLVII

Οὐκ ἐκ παντός ἔυλατ' ἐξέμυ ἐπὶ γένοιο, id est, Non e quouis ligno Mercurius fingi possit, id est, Non omniū ingenia sunt accomodata disciplinæ. Quodam enim, ut ait Fabius, rus ablegandi sunt. Sumpta est allegoria a fabris, qui materia delignant. Quandoquidem ad alia res, alias materias conuenire copiose demonstrat Theophrastus libro de plantis quinto. Item Plinius libro decimo sexto. Quiaque superstitiosus exquiriū materiam, unde numen exculpant. Et quæquam Priapus ille deus facili et cressis, haud grauatur facilius esse, non tamen id liceat in Mercurio deo tam ingenioso, tot q; præditi artibus. T anet si mihi magis arridet, ut ad magi cum Mercurij simulachrum referatur, quæ non ex quauis materia, sed certo ligno scilicet, aliqui non futurum idoneum ad magicæ artis usum Vnde id quoq; inter reliqua magicæ criminis argumenta obiectum fuerat a Apuleio, quod Mercurij sigillum scilicet eum curisset, ligno buxi, quæ admodum ostendit ipse apologia Magiæ prima. Fortassis buxus ad id potissimum delibeatur, uel quod hominis pallorem præ se jerau, uel quod materies sit omniū, maxime æterna. Næ et aduersus ignem quoq; ferri rigorem obtinet auctore Plinio. Apuleius in apologia Magiæ prima prowerbio refert ad auctorem Pythagoran: Non enim, inquit, ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi. Finitimum est huic quod est apud Athenæum lib. quinto. Incerunt autem utrum Democharum an Cratetis dictum. Εκ δὲ μύσθων ὀδύει ἄμ δ' ὠκατὸ κατὰ σκεδασίαν λόγῳ, ὅθ' ἐκ ἐκ σκελετῶν σφαλιώτων ἄμυμ, ἤτοι, id est, Ex thymbra nemo queat con ficere lancea, neq; e Socrate probū militē. Est autē thymbra olis genus aut fruticis non dissimile thymo, aut Satureiæ. Rursum in eodẽ libro, ἀλλ' οὐτε ἐκ θυμῶσας, ἐπὶ θυμῶσας ἕσμε, λόγῳ, οὐτε ἐκ τοιαύτων λόγων αὐτὸς ἀγαθὸς γίνετ', id est, Sed neq; e thymbra, quæ admodum inquit Demochares, lancea, neq; ex huiusmodi sermonibus uir bonus sit.

Non sum ex istis heroibus. XLVIII

Οὐκ εἰμι τῶτων ἢ ἑσῶσων, id est, Non sum de numero istorum herorum, id est, nō sum ex eorum numero, qui propefiores sunt ad laudandum, quam benemerendum. A genijs sumptum, qui læcessiti sepe perniciem adferunt, perituro iuant. Vnde qui se commodum, non noxam allaturus esse pollicebantur, hoc utebantur adagio, Zenodotus Menandrum citat ex Ephebis.

Nouf Simonen, & Simon me. XLIX

Οὐδ' α σίμουνα & σίμουρ ἐμὲ, id est, Noui Simonem, & me Simon. De ijs dicebatur, qui p̄res essent. Zenodotus scribit duos fuisse duces, nota utroq; improbitatis, Simonem & Nicocnem. Simonem autē, quod uitijs antecelleret, aliter sanam obscurasse. Vnde proverbio, Simonem unū nomīnant. T radūt hos duos T elchines fuisse, qui inducīa in terrā aqua Stygia, Arion edificarunt. Vocātūr apud Græcos T elchines, mali genij, siue homines fascinatores & malefici. Strabo lib. decimo meminit T elchinam, atq; nouem fuisse, qui ē Rhodo, Rheam sunt comitatus in Cretam.

Ne nimium callidum hoc sit modo. L

Terentius in Eunuchō, uide ne nimium callidum hoc sit modo. Donatus prouerbium esse demonstrat, quāquam accēpt esse lectio. Potest enim utroq; legi & calidum & callidum, ut prius illud ad festinatūm consiliū, alterum ad nimis altitūm refratūr. Siquidē utraq; parum feliciter euenire solent, uel que nimium calent, id est, que pr̄cipitant ius insistentiūr, uel que nimium audacibus aguntur dolis. Et sic autē, apud Titum Liliūm, Fabio Maximo, temeritas non solum stultis, uerumetiam infelix plerūq; est, ita uersutia nonnūquam in summū discrimen adducit. Qui callidum legunt respicere uidentur ad id, quod paulo superius dixerat Chærea: Nunquam uidi melius consiliū dari. Qui calidum legunt per unūcūl, & mea quidē sentētia rectius, Græcā figuram agnoscunt. Quoniam θεσμὸς, illi tum sceleratum, tum pr̄ceptis & audax faciūis uocant. Sic enim Penia in Pluto Aristophanica, de senibus, quōrum nouam molunt iur, ut Pluto cæco restituant oculos:

Ω θεσμὸν ἔργου κἀνόσιον καὶ παρόνομον id est, O faciūis & calidum & prauum & nefarium. Interpres exponit, θεσμὸν παρόνομον, πολυμυθῶν, εὐκλειωτοῦ, id est, Inauditum, audax, & pr̄ceptis, ac temerarium.

Item Sophocles in Antigone:

Θεσμὸν ἰδὲ ψυχροῦ καὶ σφύραυ ἔχοντα id est, Infrigidis tibi mens calet negocijs.

Obiurgatur Antigone, quod nimium auidē experet sepelire fratrem. Et Plutarchus Symposiacōn Decade quinta, significat ζωότρον quibusdam significare το θεσμὸν, ut Achilles apud Homerum, iubens Patroclū misere ζωότρον exegerit celeritatem ministrij. Quemadmodum nos quosq; inquit, sæpenumero iubemus ministris θεσμὸν ἑστῆδῆς & θεκωνίαια, id est, Calidius, ac celerius adire ministrium.

Negladium tollas mulier. LI

Μὰ μάχραρον αἰεὶ δίδυ, id est, Ne gladium tollas mulier. Ne suscipias negocij molem, cum nequeas auxiliari. Virorum enim est

Αμύαδῆς πρὶ πάρεργε Vt inquit Homerus. Potest & in hunc trahi sensum, ne spem ostendās, quān pr̄stare non possis. Ne miseris, aut ne laces sis inimicum, cum lacesitum non queas profugire. Brutus notat Ciceronem, quod Antonium concionibus suis irritaret, quem irritatum non potuit comprimere, hoc est, gladium tolleret mulier.

Nec sibi, nec alijs utilis. LII

Qui prorsus inutiles sunt & fruges consumere nati, scheinmate prouerbiali, nec sibi, nec alijs utiles dicuntur. M. Tullius in libris officiorum: Quamobrem, ut ante dixi, contemnunt ijs, qui nec sibi, nec alijs profunt, ut dicitur: In quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptum est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere, quod inscribitur ἔργα καὶ

ἡμέρας, quod subinde citat Aristoteles: Οὐτὸ μὲν πανάρεστον, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει θεοσάμου, τὰ δὲ ἕτερα ἢ τὰ ἐλάττω ἢ ἢ ἐμπίνα. Εὐδλόος δ' αὖ κἀκείνῳ, ὃς ἐν εἰπόντι πείθεται, ὃς δὲ κὲ μὴ αὐτὸς νοεῖ, μὲν δὲ ἄλλος αὐτοῦ ἐπιθυμῶν βέλδεται ἢ δ' αὐτὸς ἐξῆθη ὄψε. id est,

Omnia qui per se sapiat, longe optimus ille est: Multo ante expendens, que nam ipsi ob mentis optima factu. Is tamen & frugi est, qui parēt recta monenti. At qui nec per se sapiat, neq; mente reponat Ex alijs audiat, uir uindiq; inuitat hic est.

Horum carminum sententiam T. Lilius, sanē quā eleganter & cōmode reddidit. Sepe ego, inquit, audiū milites, eum primum esse uirum, qui ipse cōsulat, quid in rem sit. Secūdum eum, qui bene monētī obediāt. Qui nec ipse cōsulere, nec aliter parere scit, eum extremi genij esse. Huius generis haud paucos uideās mortales, qui cum ipsi ob mentis inopiam nequeant dispicere, quid factū sit opus, dictū tamen mirū, quān sint pr̄stati, quānq; non admittant alienum consiliū, uādelicet asinum illum Horatianum referentes, qui cū nec uian nosset nec duci pareret, in rupem pr̄ceptis datus est. Hesiodi carmen Zenon, teste Diogene, sic inuertit: κείνῳ μὲν πανάρεστον, ὃς ἐν εἰπόντι πείθεται. Εὐδλόος δ' αὖ κἀκείνῳ, ὃς ἀντὶς πάντα νοεῖ. id est, Optimus ille quidem, qui parēt recta monenti. Rufus at ille bonus, qui per se omnia nouit.

Uidelicet anteponeus, qui bene pareret, ei qui bene sciret. Huic enim intelligentiam dumtaxat adesse, illi uero etiam usum, & exercitationem.

Neque cōpluitur, neque sole aduritur. LIII

Οὐδ' ἔραρον οἷρε κλιτῶρα, id est: Neq; cōpluitur, neq; sole aduritur. De eo dici solūtū, qui proci ab omni incommōditate semotus, uāā ageret. Cui contrariū illud Horatiam: Sudaūt & alfit.

Et pulueris & solis, & celestis aque patiens latus. Negocia tores, milites, athlete, nauæ, atq; id genus homines soli ferendo, & inbribus tolerandis assuescant, oportet. Qui domi moliter uiuāt ab his malis abest. Quamobrem in hominem delatam, & ad labores ferendos inhabilem quadrabit. Aristophanes in Ranis Bacchi molliciem notans:

καὶ μήτε θεσμὸν, μήτ' ἄραυ ψυχραυ φροσύνη. id est, Nec asinum, nec nimis cædo frigidam.

Refertur à Zenodoto proverbium.

Simiarum pulcherrima deformis est. LIIII

Τῶν πιδίωρον ἐμμορφότατον δὲ μορφῶς ὄσιν id est: Simiarū pulcherrima deformis. Recte dicitur de his, que ipso genere sunt uitiofa, neq; prorsus conferendā, cū uel ceteris eorum, que sunt in honestorum ordine: ueluti, si quis dicat leonem intergerium esse peruium, aut hominissimum bistrionem infamē. Aut optimū Meuij carmen malum esse. Citatur à Platone, & ad Heraculum autorem refertur.

Quærens obsonium, uellem perdidit. LV

